est cadens in constantem virum: et metus magni mali / quando scilicet est probabilitas moralis de imminetia illius mali: ut metus meritis carceris perpetui: metus mutilationis membri principalis: et perditionis omnium bonorum temporalium. et dicunt iuriste talem metum esse de malo graui cum probabilitate fortis et vehementi de illius mali imminetia: per oppositum dicitur metus non cadere in constantem virum. Preterea suppono quod operationum que fiunt ex metu triplex est genus: quedam enim sunt lege nature prohibite et in se secundum se male: que non dicuntur male: quia prohibite: sed prohibite: quia male: ut adulterari mentiri: et sic de ceteris que sunt contra precepta legis nature. Alie vero sunt male quia prohibite iure diuino pure positio et non naturali simul: ut erat comestio carnis porcinarum in antiqua lege: et comestio panum propositio in laicis: consimiliter esus pomi veti. Quedam vero sunt male: quia prohibite lege humana et non diuina: ut frangere ieiunium in vigilia sancti Petri. hoc precise est prohibitum lege humana canonica. Supponitur iterum quod duplex est metus etiam cadens in constantem virum. quidem est alicuius mali futuri quod necessario necessitate nature imminet et sequitur: verbi gratia cum quis maxime famet / notum est nisi comedat necessario necessitate naturali sequitur mors. Alius est metus futuri mali quod libere et ab extrinseco infertur et non necessario necessitate nature ut cum tyrannus minatur mortem alicui: talis mors infertur libere a tyranno / quia propositio non inferri. In istis suppositis sit prima propositio. Nullus metus quicumque cadat in constantem virum excusat operationem prohibitam lege nature / hoc est. illa que fiunt per metum si sunt lege nature prohibita sunt mala et non excusantur a peccato. hoc probatur per Arist. in .iij. ethi. dicentem. propter quicumque durissima etiam non est turpe quid agendum: ergo nullus metus excusat aliquem ut peccet: quia metus non excusat nisi ut evitetur maius malum: sed non est dabile maius malum quam peccatum. igitur. Secundo bene sequitur. hoc est in se et secundum se malum. et non potest libere fieri quin sit malum: ergo metus etiam mortis cadens in constantem virum non potest illam operationem excusare a peccato. In secunda propositio. In his que sunt mala quia prohibita iure diuino pure positio metus cadens in constantem virum et precipue mortis ab extrinseco non inferende: sed que necessario necessitate nature sequitur excusat a peccato. ut iudeus non habens cibum preter carnes suas: vel laicus iudeus non habens alium cibum preter panes propositiois comedendo non peccasset. Patet de David qui in necessitate positus illos panes comedit: et tamen excusatur a peccato: et non potest excusari nisi propter metum mortis imminetis nisi comedisset. hoc etiam patet de discipulis euellentibus spi-

**Triplex generatio operationum que fiunt ex metu.**

**Duplex metus cadens in constantem virum.**

**Prima propositio. Metus non excusat a peccato agens contra prohibitionem legis nature.**

**Secunda propositio. Quomodo metus excusat a peccato et quomodo non**

tas in die festo: ergo ille metus excusat a peccato in his que sunt mala: qz prohibita lege diuina pure positiua. Et cū arguitur de capitulo sacris: metus diminuit culpā quā prorsus non excusat: ergo nullus metus excusat a peccato: qd est cōtra secundā propositionem. Dicitur qz capitulū loquitur de illis que sunt cōtra legem nature: vel qz prohibita lege diuina z non de omnibus indifferenter. ¶ Tertia ppositio. Metus mortis etiam cadēs in cōstantē virum q non sequitur necessario necessitate naturali: sed ab extrinseco infertur non excusat a peccato in his que sunt mala qz prohibita lege diuina pure positiua. verbi gratia. si tyrānus dixisset iudeo te interficiā nisi comedas carnes porcinas q̄uis fuisset ei. pbabile q̄ illum interficeret nisi comederet nullo pacto debebat comedere alias peccasset comedendo. Machabei enim propter quēcūqz timorem noluerūt vesci carnibus suis. secūdi Machabe. vi. Si enim propter metū tyrānorum comedissent peccassent: ergo ille metus mortis ab extrinseco omnino illate non excusat omnino a peccato in his que sunt prohibita lege diuina pure positiua. [ Videtur oppositū probabili⁹ scz qz si a tyranno deberet occidi iudeus nisi comederet carnes dūmodo nō fieret in detestationē legis qz deberet comedere pro vita seruanda / alias Carthurienses in extrema necessitate zc. ] Dicit tamē Johānes de Bersōno q nulla necessitas excusat in his q sunt prohibita lege diuina: z dicit dauid habuisse ex reuelatione qz comederet illos panes. Simili modo de sampsonē cōtrahente cū alienigena. ¶ Quarta ppositio. Timor cadens in cōstantē virum totaliter excusat peccatū in his q sunt mala qz lege humana prohibita: vnde dicit Ochā in dialago qz cōmunicans cū excōmunicato i actibus ciuilibus propter metū cadentē in cōstantē virū nō peccat. Simile argumentū de illo cui tyrānus minatur mortē et est verisimile qz illam inferet nisi frangat ieiuniū tunc frāgēdo non peccat: cū ecclesia nō potest ad illud arctare. ecclesia em̄ non potest obligare hominē ad illa q sunt superrogationis z q cōmunem hominū facultatem excedunt. sed ieiunare non obstante morte pbabiliter imminente est opus supererogationis z excedens cōmunem hominū facultatem. igitur. ¶ Consequēter queritur vtrū operatio facta timore pene sit bona z studiosa. verbi gratia. sortes vitat peccatum z adimplet pceptū timore dānationis z non virtutis amore. ¶ Pro declaratione huius supponitur prout proposito concludit: qz duplex est timor. vnus quidem quo refugimus aliqđ malū futurum solū propter hanc causam quia nobis nociuū z incōmodū (timor em̄ est fuga mali futuri: sicut tristitia mali presentis): alius vocatur seruilis seu mundanus. Alius est timor quo refugimus aliquod malū non solum qz nociuum: sz

Tertia, ppō

Additio

quarta, ppō  
Timor ca-  
dēs i stātē  
virum ex-  
cusat.Duplex est  
timor.

## De voluntario. scz de metu.

Dupliciter  
vitat peccatū  
timore pene

Prima ppō.

Secda ppō.

Qui pl<sup>o</sup> odit  
penā q̄ cul  
pā inordina  
te odit.

Tertia ppō

Ad oēs bo  
nū actū req̄  
rit relatio i  
vltimū finē

Ois nolitio  
presupponit  
aliquē voli  
tionem.

q̄ prohibitum per aliquē superiorem quē nolumus offendere. talis vocat̄ filialis seu castus. ¶ Notandū p̄terea vt dicit Diony. in fine tertij. dupliciter cōtingit q̄ vitemus peccatū timore pene. Uno mō q̄ timemus penā q̄ sequitur ad illud velle executorum q̄uis cōplaceamus in tali velle siue in tali actu. exempli cā: timeo fornicari p̄pter dānationem. virtute huius timoris non exequor illū actum: nichilomin<sup>9</sup> habeo cōplacentiā in illo actu. Secdo modo vitamus peccatū timore pene q̄tū ad vtrūq̄ velle videlicet q̄ non habemus velle executorū: nec velle cōplacentiē. ¶ Istis notitia sit prima p̄positio. Qui timore pene vitat peccatū primo modo vitadi nō bene agit immo peccat / patet. omnis talis peccat qui vellet rē lege diuina phibitam fieri sublato illo qd̄ timet sed sic est q̄ iste sublata dānatione quā timet vellet fornicationē seu furtum cōmittere: ergo iste realiter peccat & sic secundū Diony. qui vitat peccatū timore pene q̄tū ad velle executorū precise: & non q̄tū ad velle complacentiē peccat mortaliter. ¶ Secunda p̄positio. qui vitat peccatū timore pene secundo modo vitationis nō agit bene moraliter. patet. iste plus odit penā vt pena est q̄ odit culpā: ergo inordinate odit: & per cōsequēs non bene agit mortaliter. Si fortes plus diligit se q̄ deum / inordinate diligit. Similiter in odibilibus talis plus odit penā q̄ culpam: ergo illud odium est inordinatū: q̄ propter vnūquodq̄ tale & illud magis. nam illud odium peccandi causatur ex odio dānationis si enim nult peccare metu damnationis: ergo magis odit damnationem: sed istud odium esset ordinatum isto modo: q̄ fortes amat deum super omnia nult peccare: & nult peccare ne dānetur: talis nolitio esset bona / q̄ non precise causata a damnatione: sed etiam ab amore dei. vitare igit peccatum precise propter penam semper est malum. ¶ Tertia p̄positio. qui vult subuenire necessitati proximi sui solum timore pene non bene agit moraliter. patet. ad omnem bonū actū requiritur relatio in vltimum finem: sed talis actus solum & vltimate fit p̄pter ipsum refugiētē penam propterea q̄ amat se amore commodi: ergo talis actus non refertur vltimate in vltimum finem: & sic non est studiosus. Sed vtrū talis actus sit malus: videtur q̄ nō per auctoritatem Chrysostomi dicētis qui timendo non facit mala q̄uis iustitie mercedē non acquirat verūtamen malū euitat. Dicit Diony. q̄ ad minus ille actus est malus venialiter. quia omnis talis actus vltimate ordinatur ad inordinatā affectionem sui ipsius. Nam vt dicit Grego. omnis nolitio p̄supponit aliquā volitionem / q̄ ergo fortes nolit penam hoc est ex aliquo amore scilicet sui / & non sui propter deum: q̄ non refugeret peccare solum propter se: & sic concludit Diony.



q̄ illud refugere peccare est veniale. Et ad chulostomū dicentē q̄ talis penam euitat/ verū est penam eternā: sed non temporalem cū culpam admittat veniale. ⁊ hec de secundo impedimento voluntariū dicta sufficiant.

¶ De tertio impedimēto voluntariū: scz de ignorantia. Ca. iij.

**I**stat tractare de tertio qd̄ inuoluntarium causat ⁊ est ignorantia. ⁊ in isto tertio est tota difficultas. Queritur igitur vtrū ignorantia causet inuoluntarium. Uidet̄ q̄ nō/ nam inuoluntariū veniam meretur. vt dicit Damascenus sed qd̄ fit per ignorantia nō meretur excusationē scdm̄ illud prime ad corinth. xiiij. Si quis ignorat ignorabitur. ergo ignorantia non causat inuoluntariū. ¶ In oppositum tamē est Aristo. tertio ethi. cap. i. q̄ inuoluntariū quoddā est per ignorantiam. ¶ Pro solutione primo videntum est qualiter ignorantia impediatur voluntariū. ¶ Secundo an ignorantia sit peccatū. ¶ Tertio an quelibet ignorantia excuset a peccato. ¶ Pro primo expeditione notandum q̄ ignorantia capitur dupliciter: vt etiam dicit Aristo. scdo puorum. Unomodo pro ignorantia pure negationis: ⁊ talis est pura carentia seu priuatio scientie siue nescientia nō ponens assensum nec dissensum: sed negat solū scientia. Aliam est ignorantia prauae dispositionis q̄ nichil aliud est q̄ assensus errone⁹ siue assensus falsi vel dissensus veri quo intellectus iudicat alr̄ eē in re q̄ sit vt dissētio q̄ est bñfaciēdū. Iudico q̄ est mētiēdū p̄ saluāda vita. primi/ talis assensus ē errone⁹ ⁊ p̄trarius scientie/ ⁊ hic capitur scientia large p̄ quolibet assensu vero. Aduerte etiā q̄ in ignorantia duo considerant: vnū ex parte intellectus ⁊ est carentia veri iudiciū vel assensus erroneus. Aliud ex parte voluntatis ⁊ est volitio qua quis vult ignorare. vel negligentia. cum em̄ voluntas sit regina in regno anime ⁊ imperatrix imperās alijs potētis cōtingit aliquādo ignorare ⁊ hoc voluntate imperate ignorantia q̄ vult ignorare. aliquādo etiā cōtingit ignorare voluntate nō habente illam volitionē imperatūam sed habente omissionem volitionis q̄ deberet imperare alijs potētis inferiorib⁹ vt addiscerēt. Et vtraq; istarū. s. pure negatiōis ⁊ prauae dispositionis est duplex. Quedāz speculatiua que si sit prauae dispositionis nihil aliud est q̄ dissensus alicuius veri speculatiui/ vel assensus sui contrariū. vt assensus q̄ triangul⁹ nō habet tres angulos equales duob⁹ rectis: sed ignorantia pure negationis speculatiua est nesciētia alicui⁹ veri speculatiui vt rusticus nesciens multas p̄positiones speculatiuas hēt ignorantia pure negatiōis speculatiua: s. de istis nihil ad p̄positū: qz nihil faciūt iste ad mores nisi i materia fidei. Aliam est ignorantia prauae dispositiōis ⁊ ē pure negationis

De ignorantia.

Ignorantia capit̄ dupl̄r  
Ignorantia pure negationis.

Ignorantia prauae dispositionis.

Ignorantia speculatiua

Ignorantia  
practica.

practica / 2 est dissensus ppositionis practice vel priuatio assen-  
sus ppositionis practice vere vt sortes non assentit sed rema-  
net dubius an sit furandum / talis dicitur habere ignorantia-  
am pure negationis practica. Et quomodo nostra querit de  
vtraq; an videlicet tam ignorantia prave dispositionis q̄ pu-  
re negationis ppositionis practice causet inuoluntarium  
Notandum est preterea q̄ practicum capitur dupliciter. vno-  
modo formaliter 2 nichil aliud est q̄ oratio dictans vel signi-  
ficans de operatione. vt ista ppositio non est furandum si-  
gnificat formaliter 2 absolute de operatione. Secundomō  
dicitur practicum virtualiter q̄ quibus illa ppositio sit forma-  
liter 2 absolute speculatiua ex ea tamē in consequētia sequit̄  
aliqua practica: vt ista ppositio: iste est benefactor me⁹ / est  
pure speculatiua formaliter: ex ea tamen sequitur ista practi-  
ca / isti benefactori benefaciendū est. Similiter ista est specu-  
latina / iste non est hostis: ex ea tamen sequitur ista practica

Practicum  
causat du-  
pliciter.

Ignorantia  
excusans ē  
alicui⁹ spe-  
culatiui q̄  
virtualiter  
est practicum

iste non est occidēdus. Regulariter ignorantia excusans a pec-  
cato est alicuius speculatiui q̄ speculatiuum est virtualiter  
practicū antecedēs in consequentia id est certa cognita ad  
aliq̄d practicum inferendum vt ignorantia qua sortes credit hāc  
esse suam est pure speculatiua formaliter: sed virtualiter pra-  
ctica: q̄ ex illa infertur q̄ non est a sorte cognoscēda. 2 q̄stio  
est de illa ignorantia que est pure vel virtualiter practica: et  
non de illa intelligitur q̄ nec est practica formaliter nec vir-  
tualiter. Aduerte q̄ ignorantia: vt dicit. s. Tho. q. vi. causat  
inuoluntariū p̄pterea q̄ priuat cognitionē q̄ perigitur ad vo-  
luntarium. Non tamen quelibet ignorantia huiusmodi co-  
gnitionē priuat: 2 ideo sciendū q̄ ignorantia tripliciter se ha-  
bet ad actū voluntatis. Unomō cōcomitanter. Aliomodo cō-  
sequenter. Tertiomō antecedenter. Cōcomitanter quidem

Ignorantia  
tripliciter  
se habet ad  
actum volū-  
tatis.

Aristotelea

quando ignorantia est de eo q̄ agitur in etiā si sciretur nichil  
ominus ageretur: talis ignorantia non inducit ad volendū vt  
hoc fiat sed accidit simul esse aliquid factū 2 ignoratū: vt cū  
aliquis vellet occidere hostē: sed ignorans occidit eū putans  
occidere ferā. Et dicit. s. Tho. q̄ talis nō causat inuoluntari-  
um 2 hoc expresse habet Aristo. in tertio ethico / q̄ nō causat  
aliquid q̄ sit repugnās voluntati: sed bene causat non volun-  
tarium q̄ non pōt esse actu volitū q̄ ignoratū est: 2 scdm eū  
talis ignorantia non excusat a peccato 2 sic occidens hostem  
cum tali ignorantia putans occidere ferā peccat mortaliter  
Sed hoc videtur michi multū difficile. 2 arguitur sic. Si esset  
alius homo ab inimico puta amicus interficiendo illum non  
peccaret. igitur. Patet añs. si esset alius homo puta amicus  
2 sciret illū esse: nō occideret 2 ignorat inuincibiliter esse ho-  
minem 2 habet omnē actū 2 omnem omissionē quā tunc tene-  
tur habere. q̄ aut ille sit sortes vel plato non est in sua pote

state tunc scire: ergo inuincibiliter ignorat eē hominē/ ergo excusatur a toto cuz nūc nō habeat interiorē actū malum. 2 videtur michi q̄ in tali casu volendo occidere hanc rem quā credit inuincibiliter esse ferā dato q̄ sit homo non peccat. Et dato q̄ haberet volitionē formalem qua vellet occidere inimicum: talis volitio nō imperaret illam exteriorē operationē: ergo imperatur ab ista: volo occidere hanc feram: 2 illa volitio impetrans non est peccatum. Quod patet sic. qm̄ si esset peccatum. ergo cōtra aliqd̄ dictamē practicum prudentiale qd̄ actu inest vel saltē deberet inesse: non habet tunc istud dictamē practicum hoc non est occidendum neq̄ tenetur habere cū sit ei impossibile. qz credit inuincibiliter hoc non esse hominem: ergo non tenetur iudicare hoc non eē occidēdū: ergo non facit cōtra aliqd̄ dictamen practicum qd̄ inest vel debeat inesse: 2 nō habet aliquē actū interiorē malū: 2 sic videtur michi q̄ si sit simpliciter ignorantia inuincibilis excusatur a peccato. qz nulli dictamini quod debet inesse illa operatio est difformis. Consequenter autem se habet ignorantia ad voluntatē inq̄tum ipsa ignorantia est voluntaria. 2 hoc dupliciter. vnō modo qz actus voluntatis fertur in ignorantia sicut cum quis ignorare vult: vel vt excusationē in peccatis habeat/ vel vt non retardetur a peccando/ secundū illud Jo. xxi. scientiā viarū tuarum nolimus. 2 hec dicit ignorantia affectata q̄ formaliter est libera cū sit formaliter volita. Alio modo dicit ignorantia virtualiter voluntaria eius qd̄ quis pōt scire 2 debet neq̄ considerat actu qd̄ cōsiderare potest 2 debet: q̄ est ignorantia male electionis vel ex passione vel ex habitu pueniens: vt cū aliquis noticiam quā debet habere non curat acquirere: qz adiscere est ei penosum: talis dicitur virtualiter libera 2 voluntaria: 2 sic aliquādo sine operatione est voluntariū non formaliter sed virtualiter: 2 iste due ignorantie q̄uis se habeant antecedēter ad aliquā operationē puta ad eā que fit ex ignorantia: se habent tamē cōsequenter ad aliā operationem scz ad operationem voluntatis vel saltē ad omissionē alicuius operationis. Alia est ignorantia q̄ se habet antecedenter ad omnem operationem voluntatis non solum ad eam q̄ fit ex ea sed ad quācunq̄ aliam. 2 est illa q̄ non est volita nec potuisset habere oppositam scientiā faciendo illud qd̄ tenetur 2 obligatur facere: 2 tamen est causa volendi qd̄ non vellet alias: 2 talis dicitur inuincibilis precedens quācunq̄ actum voluntatis: qz nullus actus voluntatis nec positius nec negatiuus est causa huius ignorantie: sicut cū aliquis ignorat aliquā circūstantiam actus quā nō tenebatur scire. Iterum aduerte q̄ potest distinguī ignorantia quolibet predictorū modorū accepta in ordine ad obiectum/

b. s.

peccatū est cōtra dictamē practicum qd̄ inest vel dicitur inesse.

Ignorantia cōsequēs actū voluntatis.

Ignorantia virtualiter.

Ignorantia antecedentē se habens

## De ignorantia.

- Ignorantia iuris multiplex.** id est ad id quod ignoratur. et tunc distinguitur in ignorantiam iuris et facti. Ignorantia iuris est multiplex. quedam iuris pure naturalis. ut ignorantia mandatorum decalogi: ut si quis ignoraret non esse mechandum vel crederet. quod est mechandum: tale iudicium est ignorantia iuris naturalis: et raro reperitur talis nisi in omnino vitiosis et peruersis.
- Ignorantia iuris diuini. Jus positum diuini.** **Ignorantia iuris positum diuini.** **Ignorantia facti.** **Quare ignorantia diuini inuincibilis.** **Jus naturale non potest ignorari.**
- Alia est iuris positum diuini ut si quis crederet quod non esset obligatus ad sacramenta ecclesiastica. Jus enim positum diuinum dicitur quod est institutum ex tempore a christo legiflatore etc. Alia est ignorantia iuris positum humani ut si quis ignoraret constitutiones et decreta summorum pontificum et imperatorum leges. Sed ignorantia facti est quando habita scientia iuris ignoratur quedam circumstantia ratione cuius ignoratur tale obiectum esse iure prohibitum ut iacob cognoscendo lyam habuit ignorantiam facti: nam bene sciebat istud ius quod non est adulterandum. sed circa illam mulierem habuit ignorantiam alicuius circumstantie ratione cuius ignorabat tale obiectum esse prohibitum. Et utraque istarum ignorantiarum siue iuris siue facti est duplex. Quedam vincibilis altera inuincibilis. Pro cuius declaratione nota quod non dicitur inuincibilis quod taliter ignorans non possit illam vincere et oppositam scientiam acquirere. Nec propter hoc precise dicitur inuincibilis quia ignorans facit omne illud quod tenetur facere ut vincat. quod sic probatur. nam si aliquis iudeus existens in alia ciuitate uouisset adire hierusalem in die penthecostes et omisisset ire: talis ignorabat inuincibiliter quod erat baptisandus et non tenebatur pro illa die baptisari nec omittendo baptisari peccasset et tamen si fecisset omne illud ad quod tenebatur putata si adisset hierusalem in tali die sciisset se esse baptisandum et vicisset illam ignorantiam sed dicitur inuincibilis quia adhibendo omnem diligentiam quam precise tenetur ad illum effectum non potest vincere. In casu autem posito non tenebatur sortes iudeus in die penthecostes adire hierusalem ut cognosceret se esse baptisandum. per oppositum dicitur vincibilis etc. Ultra videndum est in quibus potest reperiri ignorantia inuincibilis et in quibus non. et quantum ad hoc sit prima propositio. Non potest reperiri ignorantia inuincibilis in his que sunt iuris pure naturalis vniuersalis in aliquo utente ratione. patet per psal. Domine ostende nobis bonum. Signatum est lumen vultus tui. hoc est habemus lumen naturale inditum a natiuitate per quod sufficienter ab intrinseco possumus cognoscere que sunt iuris naturalis: ergo faciendo quod in nobis est non possumus ignorare ea que sunt legis nature quia faciendo quod in

nobis est vincimus talem ignorantiam. ergo non est inuincibilis/nunc potest esse inuincibilis q̄ aliena non sit cognoscenda/q̄ non est furtum faciendum: quia illa sunt per se nota vel facile sequuntur ex per se notis. ¶ Secunda propositio. stat ignorantia esse inuincibilem respectu eorum que sunt iuris diuini pure positiui. ¶ Probat. ar. non immediate post preceptum de baptismo quibus non erat promulgatum tenebantur baptisari: & tamen ante sufficientem promulgationem erat lex diuina cuius multi ignorantiam habebant inuincibilem. igitur. ¶ Tertia propositio. ignorantia inuincibilis cadit in his que sunt de iure humano positiuo. patet. cadit in his que sunt de iure diuino pure positiuo: ergo a fortiori cadere potest in his que sunt de iure positiuo humano: cum minus obligemur ad ius positiuum humanum q̄ ad diuinum positiuum. ¶ Quarta propositio. cadit ignorantia inuincibilis in his que sunt facti. patet/nam ignorantia inuincibilis est respectu alicuius particularis facti vel respectu alicuius circumstantie circa particulare factum contingentis. nam vt dicunt doctores talis ignorantia non est iuris vniuersalis saltem naturalis. sortes vtens ratione non ignorat inuincibiliter q̄ aliena non est cognoscenda: sed bene potest ignorare inuincibiliter q̄ hec est aliena cum non sit iuris vniuersalis. Sed hec: non est aliena cognoscenda est iuris vniuersalis circa quod regulariter saltem naturale non cadit ignorantia inuincibilis in habente vsum rationis: sed circa circumstantias contingentes circa obiectum in quo exercetur operatio. Istis positis videndum est quomodo ignorantia inuincibilis causat inuoluntarium. et dico primo q̄ non dicitur causare inuoluntarium eo q̄ talis actus non sit liber: nam inuoluntarium per ignorantiam aut per metum est simpliciter & in se volitum/ hoc clarum est. sed dicitur causare inuoluntarium: q̄ operatio que exercetur est contra volitionem/ seu nolitionem que haberetur sine tali ignorantia vel metu. et sic non est voluntaria sub illa ratione & circumstantia qua habetur ignorantia aut metus: & per consequens talis operatio dicitur habere bonitatem aut malitiam. Et ex hoc sequit solutio alterius quesiti: an videlicet ignorantia inuincibilis excuset a peccato. vnde supposita illa distinctione de ignorantia antecedente concomitante & consequente/ dicit durandus q̄ ignorantia que se habet antecedenter nec aggrauat nec alleuat peccatum. q̄ vt dicit circumstantia que est conditio operantis seu agentis & nō operis nec aggrauat nec diminuit. Ista tñ propositio videt̄ dubia p̄pter gratiam que est aditio agentis & nō operis. ¶ Quinta propositio. ignorantia inuincibilis siue iuris siue

Secunda ppō.

Tertia ppō  
Plus obligat ius diuinum q̄ humanum.  
quarta ppō

Ignorantia inuincibilis non est iuris vniuersalis

Quomodo ignorantia inuincibilis causat inuoluntarium.

An ignorantia inuincibilis excuset a peccato.

Quinta ppō.

## De ignorantia.

**Ignorantia  
inuincibilis  
excusat.**

facti excusat omnino a peccato quoniam ratione illius prouenit tota malitia in actu. hoc est actus qui fit totaliter ex ignorantia inuincibili omnium circumstantiarum causantium malitiam est totaliter inuoluntarius et per consequens non peccatum. Sed si talis ignorantia sit aliquarum circumstantiarum et aliquarum non bene excusat a tota malitia proueniente ratione illius circumstantie cuius habetur ignorantia inuincibilis: sed non excusat a toto cum actus ille partim sit contra conscientiam cum habetur certa scientia de aliqua circumstantia que facit ad malitiam. et hoc etiam dicit **Altiſſiodoreſis.**

**Bona diffi-  
cultas.**

**¶** Difficultas. sit fortes habens ignorantiam vincibilem que requirit tempus unius hore ut vincat. et ad faciendum ea per que vincet scilicet acquirendo scientiam oppositam. an fortes agendo conformiter ad illam in prima dimidiata parte illius hore peccet vel an teneat expectare finem temporis ad operandum. videtur quod non peccat. cum illa ignorantia in prima dimidiata parte hore sit inuincibilis ex casu posito. quia faciendo que tenetur ad vincendum non potest illam vincere in minori tempore quam in hora integra. ergo agendo ex ea non peccat: cum agat ex ignorantia inuincibili. **¶** Pro solutione. dico quod

**Ignorantia  
vincibilis du-  
plex.**

duplex est ignorantia vincibilis: quedam est vincibilis pro futuro vel presenti que non est inducta ex propria et actuali culpa ipsius hominis illam habentis: ut cum homo peruenit primo ad usum rationis stat quod habeat ignorantiam quam tunc potest vincere non tamen subito: que dicitur pure negationis. neque inducta ex peccato: cum non peccauerit unquam: agendo in dimidiata parte hore ex tali ignorantia nullo modo peccat: quia ignorantia

**Ignorantia  
inculpabilis  
excusat.**

inculpabilis. id est cui nulla est annexa culpa precedens: excusat a toto operatione precise factam in illa dimidiata parte hore et illa dicitur inuincibilis quousque transierit tempus totum requisitum ad vincendum illam. Alia est ignorantia que vinci potest in qua tamen homo incidit ex culpa sua et inducta est ex culpa propria illius: priori casu retento videlicet quod requiratur totum tempus unius hore ad vincendum: questio est an talis in prima dimidiata parte agens secundum illam peccet. et est similis difficultas cum illa qua queritur. Si aliquis ex culpa incidit in ignorantiam que est vincibilis pro tempore quo incidit in illam scilicet transacto aliquo tempore non poterit amplius vincere: quia forte di-

**De ebrio ex  
culpa sua in-  
terficiente**

scessit qui illum edocere poterat: an agens conformiter ad illam excusetur a peccato. et est etiam meo iudicio eadem difficultas cum illa qua mouent doctores de illo qui incurrit ebrietate ex culpa sua et ex ebrietate interficit etc. Videtur michi quantum ad primum dubium quod non peccat sic agens ex tali ignorantia sed quantum ad alias difficultates videtur michi quod fortes in tali casu non peccat nouo peccato sed incurrit ignorantiam et tempore illo poterat non incurrere et debebat et pro nunc non potest

vincere: est probabilius dicere q̄ non peccat nouo peccato  
 q̄ admodum de ebrio qui totaliter caret usu rationis: est p-  
 babilior eorū opinio dicentium q̄ nunq̄ homo peccat quin  
 p̄ eodem tēpore quo peccat sit in eius potestate nō peccare  
 Similiter dicendum est in casu p̄dicto. q̄ vel illa ignorantia  
 pro illa dimidiata parte hōre est culpabilis noua culpa:  
 vel non. Si sc̄m: ergo actus qui fit ex ea nō est difformis bi-  
 ctamini q̄ inest vel debet inesse. Nam regula est q̄ omnis  
 actus malus p̄ tempore quo fit est difformis dictamini re-  
 cto q̄ inest vel debet inesse: vel dictamini dubio. Unde dicit  
 Altissiodoren. q̄ quilibet qui peccat tenetur scire q̄ peccat  
 vel dubitare. Si ergo pro tali tempore non potest depone-  
 re illam ignorantiam: nec tenet dubitare an sit peccatū q̄  
 talis operatio non est difformis dictamini recto: ergo nō est  
 mala. ergo sicut ebrius incurrens ebrietatem ex culpa sua  
 apud pbabiliorē opinionem nō peccat nouo peccato tem-  
 pore ebrietatis: nec peccata tempore ebrietatis cōmissa sūt  
 noue pene demeritoria: ita habens ignorantia quā poterat  
 vincere q̄ illam incurerat sed iam nō pōt: tunc agendo ex  
 illa nō incurrit nouā culpā nec nouū demeritū. Sed vtrum  
 ille actus sit dicēdus culpabilis culpa p̄terita difficultas est  
 ad nomē. Dicunt aliqui q̄ si emendauerit culpā non est cul-  
 pabilis &c. **Alia difficultas. an ignorantia inuincibilis im-**  
 pediat bonitatem actus qui fit p̄ eam. videtur q̄ sic: q̄ ignora-  
 tia inuincibilis impedit malitiā actus qui fit cōformiter ad  
 illam: ergo etiā debet impedire bonitatem in actu. p̄sequētia  
 patet: cū plus requiratur & maior libertas salte equalis ad  
 bene agendū q̄ ad male agendū. ergo si inuincibilis impe-  
 dit malitiā in actu a fortiori impedit bonitatem: & p̄ cōsequēs  
 actus cōformiter elicitus illi non erit moraliter bonus. exē-  
 plum est de illo qui credit inuincibiliter bertā esse suā red-  
 dendo petenti debitū: an bene agat moraliter. De ista dif-  
 ficultate duo sunt modi dicendi. Unus est magistri Marti-  
 ni q̄stione p̄ma de ebrietate in solutione noni argumenti. q̄  
 nunq̄ actus voluntatis conformis ignorantie q̄tuncq̄ in-  
 uincibili est moraliter bonus: immo dicit q̄ est moraliter ma-  
 lus q̄uis non sit imputabilis ad venā: ita q̄ ignorantia nō  
 excusat a malitia morali: sed solū ab imputabilitate. Talis  
 ignorans habet duo iudicia: vnū vniuersale scilicet istud/  
 cognoscenda est a me mea: & istud iudiciū est practicum et  
 verū: & volitio illi conformis est bona & meritoria. Aliud est  
 particulare & speculatiuū puta istud/hec est mea & tale fal-  
 sum est: & volitio illi conformis non est bona. s. ista: cogno-  
 scenda est a me hec mulier. neq̄ per illā mereor dicit Marti-  
 nus: & tota apparentia sumitur: q̄ non cadit supra debitam  
 materiā q̄uis materia sit estimata debita: & ad actum bo-

Homo non  
 peccat q̄n p̄  
 tūc nō pōt li-  
 bere agere.  
 Regula.

Peccās te-  
 net scire q̄  
 peccat v̄ du-  
 bitare.

Resolutio  
 difficultatis

Alia difficul-  
 tas.

Actus p̄for-  
 mus ignorā-  
 tie inuincibi-  
 li non est bo-  
 nus.

## De ignorantia.

Due sūt p̄ci-  
pue circūstā-  
tie actus.

Regula.

Durandus

Cōtraueni-  
ens sciētie  
peccat.

Nullū dicta-  
mē inuinci-  
bile practi-  
cus est erro-  
neum.

num precipua circūstantie est obiectum. nam dicit sanctus Tho. q̄ due circūstantie sunt precipue. scz circūstantia fi- nis z obiecti. z ab eis regulariter sumitur omnis bonitas et malitia. cum ergo talis actus non cadat super obiectū debi- tum immo sit cōformis dictamini erroneo videtur q̄ sit ma- lus. Oppositū tamen michi videtur. z q̄ sit bonus moraliter patet. illa volitio qua volo reddere huic petenti debitū se- quitur necessario ex duabus causis in quibus nulla est ma- litia moralis: ergo in illo effectu nulla erit malitia moralis. patet consequentia. quando cū est aliquis effectus homi- nis qui necessario necessitate naturali sequitur ad priorem si in effectu prior nulla sit malitia moralis/ nec etiam erit in sequenti/ qz tunc per actus nō malos aliquis necessitaretur ad male agendum: quod nemo concederet. sed in volitione qua volo reddere debitum vxori petenti nulla est malitia mo- ralis: nec in isto iudicio/ ista est vxor petēs/ quā sit malitia intellectualis: quia est error. z illa volitio qua volo reddere huic: necessario necessitate naturali sequitur ex illis duobus igitur in ea nulla erit malitia moralis: qd̄ autem sit bona. patet tali ratione Durādi in secūdo. *¶* Si id iudicium est in- uincibile huic petenti reddendum est debitū/ ergo saltē po- test esse taliter inuincibile qd̄ nō potest auferri. Sit ita. tūc arguitur sic. nō potest auferri tale iudiciū: ergo tenetur sor- tes reddere debitum. cōsequētia patet. sortes tenetur vita- re quod libet peccatum: s; non reddere stāte illo iudicio est peccatum: qz contrauenit tali iudicio z conscientie/ igitur. ultra/ sortes tenetur vitare illud peccatum qd̄ est non red- dere z non potest vitare nisi reddendo: quia nō potest vita- ri priuatio nisi ponēdo habitum/ ergo tenetur reddere. Di- ces illud dictamē/ reddendum est huic debitum/ est falsum: quia est erroneum. alias talis actus nō fieret ex ignorantia/ sed ex certa scientia. Dico q̄ dictamē cui conformatur ē re- ctum z verum z est istud: hec ē a me cognoscenda. *¶* Cōtra. actus ille fit ex ignorantia. ergo dictamen non est verum. Dico q̄ fit ex ignorantia speculatiua: z non practica. z con- cedo q̄ ille assensus speculatiuus ē falsus. s. iste: hec est vxor mea: s; p̄supposito totali assensu illud iudicium pure practi- cum ē verum: cum omne dictamen pure practicum sequēs ex ignorantia pure inuincibili est verum/ z nullum dictamē inuincibile pure practicum est erroneum. vt dicit Durādus. Et vt actus sit bonus sufficit q̄ sit conformis iudicio practi- co/ siue speculatiuum sit verum siue non. *¶* Alij vt Occham z de Bersonne in lectione de vita spirituali dicunt aliter/ q̄ ta- lis actus est conformis iudicio vero scilicet isti/ reddendum est debitum illi quā credo inuincibiliter esse meā. z Occham dicit. q̄ sufficit conformitas ad iudicium vniuersale: z non re



quiritur ad particulare. sed Durādi opinio est pbabilior.

De ignorantia an sit peccatum.

Cap. vi.

**C**onsequenter videndum est an ignorantia tam pure negationis q̄m prave dispositionis in se sit peccatum. ¶ Respondetur per propositiones. ¶ Prima. utraq̄ ignorantia vincibilis eorum que quis scire tenetur est peccatum. patet sic. bene sequitur obligor ad hoc sciendum / ergo si habeo errorem oppositum illius scientie vincibilem libere transgredior preceptum: q̄ si sit vincibilis est aliquomodo libera. consequentia tenet: quia precepto affirmativo quo precipit̄ aliquid: prohibetur illius oppositum: ergo si hoc precipitur sciiri prohibetur etiam ignorari. Nam si obligor ad sciendum hoc preceptum / obligor non ignorare illud siue prohibeor illud ignorare. ¶ Secūda propositio. Ignorantia prave dispositionis vincibilis id est assensus erroneus eorum que teneor scire pro quolibet tempore quo est vincibilis semper est peccatum. patet. omnis actus contra preceptum negativum p̄ omni tempore quo libere elicitur est peccatum. et hoc ē manifestū. sed talis ignorantia vincibilis est actus contra preceptum negativum. quod sic patet. nam bene sequitur. habeo preceptum affirmativum de credendo hoc / ergo habeo negativum de opposito / quia omne affirmativum includit negativum ut dictum est. ¶ Tertia propositio. Ignorantia pure negationis eorum que teneor scire non ē pro omni tempore pro quo habetur peccatum. patet. preceptum affirmativum obligat semper sed nō p̄ semper sed p̄ aliquando. sed p̄ceptū de credēdo vel sciendo hoc est affirmativū. ergo nō obligat p̄ semper tunc sic. nō obligat p̄ semper / ergo ē dabile aliq̄d nunc in quo nō obligor ad illud sciendum vel credendum. ergo p̄vatio pura actus tūc nō ē peccatum / et ē ignorantia pure negationis. ut dicit Bonaventura secūdo sententiarum distinctione. xliij. ut sit sortes qui tenetur credere deū esse trinū et unum / sed nunq̄m credit nō peccat p̄ quolibet instanti nouo peccato / sed solum p̄ tempore quo tenetur credere actualiter deum esse trinū et unum. Ideo ignorantia pure negationis non est peccatum p̄ omni tempore quo est. ¶ Quarta propositio. nulla ignorantia invincibilis nec prave dispositionis nec pure negationis est peccatum. bene sequitur. ista est invincibilis: ergo si sit prave dispositionis nō teneor illam vincere auferendo illam: et si sit pure negationis non teneor ad actum oppositum: ergo omissio illa nō erit peccatum. ¶ Quinta propositio. nulla ignorantia nec pure negationis nec prave dispositionis est intrinsece peccatum: sed solum extrinseca denominatione. patet. nulla talis ignorantia est immediate libera sed solum media-

Prima pp̄o.  
Ignorantia vincibilis eorum que quis tenetur scire est peccatum.

Secūda pp̄o.  
Omnis actus contra preceptum negativum p̄ omni tempore quo elicitur ē peccatum.

Tertia pp̄o.  
Preceptum affirmativum obligat semper sed non p̄ semper.

Quarta pp̄o.  
Propositio.

Quinta pp̄o.  
Nulla ignorantia est intrinsece peccatum.

## De ignorantia.

Propositio-  
nes de igno-  
rantie vinci-  
bili.

Prima.

Secunda.

te. ergo nulla talis est mala malitia propria sed solum mali-  
tia actus voluntatis imperatis vel omissis. Sed de igno-  
rantia vincibili & crassa ponuntur aliquae propositiones. ¶ Pri-  
ma. ignorantia vincibilis affectata non excusat nec diminuit  
sed aggravat. patet. est simpliciter voluntaria & volita: ergo.  
¶ Secunda. propositio. ignorantia vincibilis crassa & supina non  
effectata excusata a toto non a toto. Contra. si hoc esset ve-  
rum: sequeretur quod aliquis tantum peccaret ex ignorantia si-  
cut alius ex certa scientia. & quod de suo peccato peccator repor-  
taret commodum. primum patet capio sorte & platonem / sortes  
credit simplicem fornicationem non esse peccatum & plato oppo-  
situm credit & fornicantur ambo: plato non in infinitum magis  
peccat quam sortes sed forte in duplo plus. tunc possibile est quod  
sit unus tertius puta Cicero qui peccet in duplo minus quam  
plato propter appositionem minoris conatus: & sic equaliter cum  
sorte. ergo aliquis peccaret ex ignorantia tantum sicut alius  
ex scientia. ¶ Dico quod non est inconueniens quod aliquis ex ignora-  
tia peccans & aliquis ex scientia equaliter peccent ubi ce-  
tera non sunt paria ut puta quando non est idem conatus vo-  
luntatis. sed ubi cetera paria essent hoc esset inconueniens.  
Ad aliud dicunt aliqui quod non reportat commodum de pecca-  
to. quod dicunt quod aggregatum ex ignorantia & suo actu malo est  
eque graue sicut actus factus in eadem materia cum scien-  
tia: siue illud sit vincibile siue inuincibile. Arguitur quod igno-  
rantia crassa & supina excusent a toto. patet sic: volo quod sor-  
tes in die dominica nolit ire ad ecclesiam ut ignoret quod cura-  
tus precipere debet quo posito volo quod curatus non predicet  
& ex consequenti simplices ignorent / certum est quod tales non  
peccant qui ignorant: tunc sic: si iste ignorans affuisset non sci-  
uisset / ergo non peccat quod non potest aliter euitare quam audi-  
do curatum predicantem. michi videtur in casu quod talis peccat  
duplici peccato volendo ignorare & peccat tantum ac si cura-  
tus predicaret / primo quod vult ignorare / secundo quod omittit face-  
re illud ad quod tenetur ad sciendum illud. ¶ Tertia propositio.  
quolibet actus & quolibet omissio libera contraueniens iudi-  
cio erroneo siue illud sit vincibile siue inuincibile est malus  
siue mala moraliter immo peccatum. patet sic. omne quod non  
est ex fide est peccatum / quod sic glo. docto. omne quod est contra  
conscientiam. conscientia enim nichil aliud est quam iudicium practi-  
cum. ad hoc etiam sunt multi textus iuris de sententia. excommu-  
ca. inquisitioni. ¶ Circa hanc propositionem occurrit diffi-  
cultas. aliquis format sibi hanc conscientiam mentiendum  
est iocose pro salute hominis seruanda & credit quod teneat men-  
tiri tamen nult mentiri & omittit: queritur modo. vtrum tale  
aggregatum ex illa omissione & tali conscientia sit grauius  
peccatum quam talis conscientia solum. videtur quod non / quod illud

Argumenta  
quod ignorantia  
excuset a to-  
to.

Tertia propositio  
Actus contra-  
ueniens iudi-  
cio erroneo  
& si omissio  
est peccatum.

Bona diffi-  
cultas.

Nolle mentiri est bonum de per se / et si sit malum / non est nisi  
 ratione circumstantie puta ratione conscientie erronee. Rur-  
 sus . talis nolitio mentiendi non est mala ex obiecto immo  
 habet obiectum sibi conueniens. Item non obligor ad non  
 habendum illam nolitioem sed solum obligor ad non habendum  
 contra dictam recte rationis: ergo non obligor auferre illam  
 nolitioem: sed solum ad illud dictam erroneum deponendum:  
 ergo solum pecco per illud iudicium q: auferendo tale iu-  
 dicium remanente nolitioem non amplius est peccatum. Si-  
 mile argumentum habeo iudicium q: teneor mentiri offi-  
 ciose: omitto simpliciter. videtur q: illa omissio non habe-  
 at malitiam distinctam a malitia illius iudicii. Similiter si  
 habeam volitionem eundi ad ecclesiam ppter vanam gloriam  
 venialem / ita q: volitio eundi causetur ex volitione vane glo-  
 rie: talis volitio non est mala ex obiecto sed solum ex circumsta-  
 tia vane glorie: et per consequens in casu predicto videtur q:  
 aggregatum ex illa conscientia et ex illa volitione non erit  
 peius neq: grauius q: illud iudicium erroneum seorsum. et  
 potest talis ratio sic formari. Quandocumq: est aliquis actus  
 malus habens obiectum conueniens et ratione circumstantie  
 dicitur malus / ille actus non habet malitiam distinctam a  
 malitia illius circumstantie: sed sic est in proposito. igitur.  
 Ad hoc respondet sanctus Thomas prima secunde qstio-  
 ne. xix. articulo quinto dicens. q: obiectum voluntatis est  
 obiectum tale quale presentatur voluntati per intellectum.  
 hoc est quauis obiectum voluntatis secundum sui naturam non  
 sit disconueniens / si tamen presentetur voluntati / vt discon-  
 ueniens et malum / tunc erit disconueniens et malum / et si tunc vo-  
 luntas libere feratur in tale obiectum quod est secundum presen-  
 tationem intellectus malum peccabit: et illa volitio malitiam  
 accipiet ab illo obiecto sic presentato. Ex quo sequitur q: illa  
 nolitio mentiendi vel volitio eundi ad ecclesiam propter vanam  
 gloriam venialem non solum est mala ex circumstantia: sed ta-  
 les sunt male ex obiecto: et sic patet solutio difficultatis / vi-  
 delicet q: aggregatum ex volitione et conscientia illa erro-  
 nea est peius et grauius q: iudicium illud seorsum. Et hoc de  
 necessitate habent concedere qui non ponunt actus singula-  
 res indifferentes. et ad maiorem rationis cum sic arguebatur  
 quandocumq: actus cadit super obiectum debitum et conueni-  
 ens / non est malus ex obiecto / sed solum ex circumstantia mala:  
 negatur: immo dico q: capit etiam malitiam ex obiecto scdm  
 q: presentatur voluntati. [Subtilis videtur solutio. s. Tho.  
 Sed contra videtur sequi q: intellectu iudicante q: furandum  
 est talis volitio esset bona volo furari. Item ad minus pone-  
 do actum singularem indifferentem dicendum esset q: tota ma-  
 litia est in circumstantia. et sic omissio pura mentiendi et vol-

Deductio.

Solutio dif-  
ficultatis.Regula no-  
tanda.

Additio.

## De ignorantia.

Difficultas

no mentiendi essent equaliter male quod non videtur: sed videndum est quod diuersa obligatione obligatur ad non contraueniendum positivae conscientie quam privative. Sed maior difficultas est de omissione iam iudico quod mentiendum est: pure omitto an talis omisio sit peccatum; distinctum ab illa conscientia erronea. Et primo arguitur quod non sit peccatum omissionis; quia omisio est privatio alicuius actus ad quem pro tunc obligor: sed ad volitionem mentiendi non obligor immo ad non habendum volitionem mentiendi: ergo non obligor pro tunc ad habendum; quia obligarer ad supremum impossibile: scilicet ad duo contradictoria. Quod autem obliger ad non habendum volitionem mentiendi pro illo tempore patet; quia est preceptum negativum: ideo obligat ad semper et pro semper: ergo pro tunc obligor non habere illam volitionem. Dico quod talis pura omisio est peccatum; quia est omisio pura difformis iudicio erroneo. igitur. Et cum arguitur bene sequitur talis omisio est peccatum: ergo est privatio actus debiti inesse. Distinguo consequens. vel quod sit privatio actus debiti inesse secundum veritatem et sic nego. vel secundum estimationem meam; et sic conceditur. et dico quod ad peccatum omissionis sufficit: quod sit privatio siue omisio actus debiti inesse vel secundum veritatem vel secundum estimationem omittentis. [Vel potest dici quod est omisio iudicii recti debiti inesse secundum veritatem pro tunc.] Dices penes quid attenditur gravitas illius omissionis. Non potest in primis attendi penes bonitatem actus omisi; quia actus omisus si poneretur esset malus: neque penes obligationem veram vel estimatam; quia si estimarem me infinite obligatum; sequeretur quod ego infinite omitterem; quod est falsum. Dico quod non attendit gravitas illius omissionis penes bonitatem actus omisi: nec penes obligationem veram ad illum actum; nec penes obligationem estimatam ad actum omisum: sed penes obligationem precepti prohibentis contrauenire conscientie: quia omittendo me conformare contrauenio negativae. [Videtur hic instantia; dicitur conscientia quod diligendus est deus loco et tempore debitis. et sit ita quod non teneat nunc deum diligere: tunc non diligendo eum nunc contrauenio conscientie vel saltem nolendo eum diligere pro nunc et tamen actus talis non est malus quia opponitur consilio tantum. hic potest dici quod non contrauenitur conscientie; quia contrauenire est facere vel omittere contra illud quod dicitur conscientia pro tempore vel loco pro quo dicitur: sed questio est bona utrum stante tali conscientia eliciens hanc volitionem pro tempore pro quo non tenetur volo deus esse summum bonum loco et tempore debitis sit adimpleti-

Quid requiritur et sufficiat ad peccatum omissionis.  
Additio.

De gravitate omissionis.

Additio.

querit

ius precepti. videtur quod non: quia nullus adimplet nisi pro tempore precepti. sed nunc non est. In oppositum / quia ille actus est omnino conformis dictamini regula: ius precepti Respondetur quod aliquis adimplet preceptum pro tempore pro quo non tenetur / cum hoc tamen stat quod per actum consilii adimpleat. ¶ **A**duerte ultra quod ut dicit Durandus in secundo sententiarum distin. xxxix. q. quinta. Conscientia erronea neminem obligat: quia nulla obligatio potest esse respectu illiciti aut liciti / non tamen debet tamen ligat / dictat enim faciendum quod illicitum est fieri aut non debitum sicut est in indifferentibus et in his que sunt supererogationis: ergo non obligat. Quod autem liget distinguendum est de errore conscientie: quia vel ille error non est imputabilis / sicut error vel ignorantia circumstantie particularis adhibita debita diligentia qualis fuit in Jacob respectu Ise. Si non sit imputabilis / non ligat quin homo possit procedere secundum conscientiam sic errantem / quia talis error excusat: nec actus voluntatis sic factus est conformis iudicio erroneo sed vero ut visus est. Si autem error est imputabilis cuius ipse errans est causa vel occasio tunc vel conscientia errat dictando illud esse illicitum quod est licitum / sicut conscientia heretici dictans quod semper est illicitum iurare / tunc in illo casu faciens contra illam conscientiam erroneam peccat: quia facit contra illud quod credit esse iure diuino prohibitum. et sic est contemptor diuini precepti: non quidem in iuramento secundum se: sed quia apprehensum tanquam contrarium diuino precepto. ideo peccat mortaliter. faciens autem secundum talem conscientiam erroneam. i. nolendo iurare non peccat semper / quia licitum est non iurare. Sed si superueniat preceptum superioris precipientis heretico ut iuret et ipse nolit iurare peccat mortaliter tanquam inobediens illi cui obedire tenetur. et in tali casu conscientia erronea simpliciter ligat / quia nec secundum eam nec contra eam potest talis licite facere. vel conscientia errat dicendo illud esse licitum quod est illicitum / ut si quis crederet quod licitum est furari malis diuitibus ut detur bonis pauperibus / in tali casu semper peccat faciens secundum conscientiam erroneam: ex quo illud quod dictat faciendum est illicitum secundum se: sed faciens contra eam non peccat / si ipsa solum dictat illud quod est illicitum esse licitum: quia a licitis potest absque peccato abstinere / sed si ipsa dictat non solum esse licitum sed debitum puta quod debitum est furari a diuitibus ut detur pauperibus / vel quod debitum est mentiri pro saluanda vita alterius / tunc faciens contra eam peccat illo genere peccati quo apprehendit illud esse de-

Conscientia erronea neminem obligat tamen ligat.

Nota de conscientia erronea.

## De ignorantia.

Alia diffi-  
cultas.

bitum fieri vt visum est. ¶ Querit vltra Durandus / vtrum plus peccet homo se cōformando ꝑ scientie erronee vel difformando ꝛ faciendo cōtra eam. Dicit q̄ aliquādo plus aliquando minus. q̄ considerandū est qualiter est illicitū illud qđ cōscientia erronea dicitat esse faciendū: q̄ qñq̄ est illicitū vt peccatum veniale. vt cōscientia dicitans esse inētiendum ꝑpter vitā innocentis saluandā. Quandoq̄ vero vt mortale sicut quādo quis credit esse furandū malis diuitibꝫ vt de bonis pauperibus. Et ex parte conscientie erronee considerandū est quid ipsa dicitet / q̄ quandoq̄ dicitat aliquid faciendū tanq̄ ex precepto: vt pote q̄ non mentiens ꝑ saluanda vita alterius reus est homicidij. Quandoq̄ dicitat aliqd esse faciendū vt opus misericordie solum: vt pote q̄ qui furatur vt det pauperibus est misericors: in primo casu sequens conscientiam erroneam: peccat solū venialiter. sed faciens contra ipsum peccat mortaliter. in secundo autē ediuerso.

¶ Si autem aliquid ex ꝑcepto sit faciendū vel dimittendū cōscientia autem dicitet oppositū tanq̄ cadens sub ꝑcepto comparandum est ꝑceptum ꝑcepto: ꝛ secundum hoc iudicandū vt si mulier errante conscientia credat q̄ licitum sit ei mechari vt saluet suā vel viri vitam alioquin rea est homicidij plus peccat exponendo se vel virū morti q̄ mechando: q̄ maius est ꝑceptum non occides q̄ non mechaberis. ꝛ sic de alijs est iudicandum. Et sic patet de tribus impedimētis voluntariū scilicet de violentia / metu / ꝛ ignorantia. Diceret aliquis / est dabile quartum qđ impedit voluntariū: ergo non sunt solummodo tria. Antecedēs patet / de cōcupiscentia que est motus sensualis ad ꝑsequendū delectabile. nā sicut operatio que fit ex metu dicitur inuoluntaria: q̄ fit contra volitionem que inesset secluso metu: ꝛ illo secluso esset nolita: ita etiam homo passionatus ꝑ cōcupiscentiam ꝑpter passionem ꝑsentit operationi cui alias non cōsentiret nisi adesset talis passio aut cōcupiscentia. ergo qđ fit ꝑ cōcupiscentiam fit contra volitionem que inesset seclusa cōcupiscentia: et ꝑ consequens videtur q̄ causet inuoluntarium.

An cōcupiscentia impedit voluntarium.

Cōcupiscentia non causat inuoluntarium.

¶ Pro solutione huius dicit sanctus Tho. prima sc̄be. q. vi. articulo. vii. q̄ cōcupiscentia non causat inuoluntariū: sed magis facit aliquid voluntariū. Dicitur enim aliquid voluntarium ex eo q̄ voluntas in illud fertur: ꝛ inuoluntariū quia nolitū cōcupiscentia inclinat voluntatē ad volendū concupitum: ergo potius cōcupiscentia facit q̄ operatio sit voluntaria q̄ inuoluntaria. Et ad argumentū dico q̄ non est simile: q̄ qui operatur ꝑ metū / aliquomō inuoluntarie agit et cum tristitia ꝛ penitudine / vt qui proicit merces tristatur. Alius vero cum delectatione ꝛ nullomodo tristatur. ꝛ illa operatio que fit ꝑ metū non ꝑpterea ꝑcise dicitur inuo-

**De circūstantiā actuū moralium.**

**fo. xv.**

luntaria: qz sit contra nolitionem conditionatā neqz contra nolitionem absolutā que inesset secluso metu: qz eodē modo arguerem de illa que fit per concupiscentiā: sed qz operans per metū ex penitudine z tristitia operatur. qui vero per concupiscentiam ex delectatione. z non video aliam differentia quare vna dicitur aliquomodo inuoluntaria et alia non.

**De circūstantiis actuū moralium.**

**Cap. vi.**

**O**stea qz determinatū est de impedimentis voluntariū consequenter agendum est de circūstantiis, requisitis ad bonitatem actus moralis. Et noto primo q ad actum eē studiosum nō sufficit ipsum esse liberū seu voluntarium qzuis etiam obiectum illi non sit prohibitū: sed vltra

requiritur ipsum esse debitis circūstantiis ornatū. Pro vocabulo circūstantia aduerte q circūstantia p significatione notiore significat ea que sunt p̄xima alicui rei localiter vel saltem multum vicina z illi rei extrinseca. z transumptum est hoc vocabulum ad ea que pertinent ad actus humanos z omne extrinsecum respectu cuius est extrinsecum dicitur accidentale in ordine ad illud. z sic bene dicit circūstantia ab Aristotele z alijs auctoribus humanorū actuū accidens. Dicit enim tertio ethi. Circūstantias nomina particularia id est particulares singulorū actuū condiciones: z sic circūstantia est accidens actus humani capiēdo accidens pro omni illo qd est extrinsecum z nō de essentia actus. Notādū q Aristot. in. iij. ethi. Et tullius in sua rethorice diuersificat in annumeratione circūstantiarum. septem enumerat Cicerō que in hoc versu continentur. quis. quid. vbi. quibus auxilijs. cur. quomodo. quando. Sed Aristot. in iij. ethi. addit aliam scz circa quid/ q a Tullio comprehenditur sub quid. z sic conueniunt in sententia/ licet in versu discrepent. Per circūstantiam quis intelligitur agens operationem que attenditur penes qualitates persone agentis: ita q qualitas persone agentis cōstituit circūstantiā quis. nam doctus vel in dignitate cōstitutus peccans eodem genere peccati cū indocto vel non in dignitate constituto grauius peccat ratione circūstantie quis/ z sic circūstantia quis aggrauat vel diminuit. Secunda circūstantia est quid. i. circūstantia obiecti. z circa illam attendenda est magnitudo vel paruitas rei q agitur: qz secundum hoc aggrauatur: vel minuitur actus. z vltra circūstantiā quid positā a Tullio ponit Aristot. circūstantiam circa quid. z p illam circūstantiam circa quid intelligitur obiectum circa qd versatur operatio agēis/ vt fortes pcuti platonem ipse Plato est circūstantia circa quid. et percussio est circūstantia quid. vbi est circūstantia loci in quo fit operatio. quib⁹ auxilijs est circūstantia instrumenti me-

Circūstantia multiplex

De numero circūstantiarum.

## De circūstantia actuū moralium.

Duplex est  
modus opera-  
tionis

Actus vir-  
tuosus est du-  
plex.

De actu in-  
trinsece bo-  
no.

diāte quo fit opatio vt pcutiēs baculo vel ense. cur est circū-  
stātia finis. s; circūstantia quō intelligitur ab Arist. scb; qua-  
litatem et habitudinē operantis ad operationē / hoc est an  
actus sit ex magno vel paruo conatu. sunt ergo precise in  
actibus humanis considerande iste septem circūstantie /  
quia multū faciunt ad laudem vel vituperium. Unde vt di-  
cit. s. Tho. Condicio cause ex qua substantia actus depen-  
det nō dicitur circūstantia / sed aliqua conditio adiuncta /  
sicut in obiecto non dicitur circūstantia furti q; sit alienū.  
quia hoc est de ipsius furti essentia / s; q; sit magnū vel par-  
uum / et agēs etiam absolute non est circūstantia quis /  
sed agens secundum aliquam conditionem: aut proprietate-  
tem que nō est de necessitate et essentia talis operationis.  
Similiter dicendū est de alijs circūstantijs q; accipiuntur  
ex parte aliarum causarū. Non enim finis qui dat speciem  
actus est circūstātia: sed aliquis finis adiūctus sicut q; for-  
tis fortiter agat propter bonū fortitudinis nō est circūstan-  
tia: sed si fortiter agat propter libera: ionē ciuitatis vel po-  
puli captiui. Dices. oēs circūstantie includūtur sub vna  
que est modus agendi: cū ex circūstantijs accipiat quid be-  
ne vel male fiat. sed hoc pertinet ad modum actus. igitur.  
Dicit. s. Tho. q; duplex est modus operatiōis. Unus est se-  
cundum habitudinē secundum quā operatio ordinatur ad  
hunc vel illū finē: et sic non ponitur circūstantia specialis:  
quia debita ordinatio ad hunc vel illum finē consurgit ex in-  
tegritate oīm circūstantiarū. Alio modo capitur modus  
pro qualitate operationis secundū habitudinē ad ipsum  
agens: et illa qualitas operationis est q; sit vehemens vel  
lenta. isto modo modus ponitur circūstantia operatiōis:  
et sic nō omnes circūstantie reducuntur ad modum prout  
est circūstantia specialis. ¶ Difficultas vulgaris est in sco-  
la: an iste circūstantie sint cuiuslibet actus obiecta partia-  
lia: et an requiratur actualis prudētia: et an sit dabilis ali-  
quis actus intrinsece bonus. ¶ Pro solutione dicit. Oechā  
quolibet iij. questione. xvi. Similiter in tertio sententia-  
rum: q; actus virtuosus est duplex. quidem est extrinsece bo-  
nus qui contingenter et indifferenter potest esse virtuosus et  
viciosus. Nam dicitur bonus solū propter assistentiam alte-  
rius actus quo deposito amplius non foret bonus. vt voli-  
tio eundi ad ecclesiam cāta ex amore dei dicitur extrinsece  
bona / quia propter assistentiam amoris dei dicitur bona / et  
illa deposita nō apli<sup>9</sup> esset bona. Ali<sup>9</sup> ē intrinsece bon<sup>9</sup> q; sic est  
virtuos<sup>9</sup> q; nullo mō pōt eē vicios<sup>9</sup>. et pmo nō d; intrinsece bo-  
nus q; necessario sit virtuosus / quia nullus actus virtuosus  
necessario est / nec secundo dicitur intrinsece bonus. quia nō



**De circūstantia actūū moralīū. Fo. xvi.**

potest esse quin sit virtuosus: cum possit esse a solo deo voluntate non pcurrēte: sed dicitur intrinsece bonus quia non potest esse libere elicitus a voluntate quin sit bonus & virtuosus. & ista est propositio fundamentalis. Occhā: q̄ dabitur est aliquis actus intrinsece bonus quē volūtas non potest elicere quin agat virtuose & quin sit bene circumstantiatus. Ratio eius est / capio actum virtutis sit a / querovela / est virtuosus intrinsece vel extrinsece. si intrinsece habetur propositū. Si extrinsece: ergo est virtuosus ab alio actu propter illius assistētiā. Jam quero iterum de illo, vel est virtuosus intrinsece vel extrinsece. si intrinsece: ergo propositum: si extrinsece: ergo ab alio: ergo erit processus in infinitum in actibus virtuosis: vel tandē deveniemus ad vñū intrinsece bonum quod erat probādū: & nullū aliud motuum habet: quia certū est q̄ est aliquis actus virtuosus: sed eius motuū nō est multū apparens neq; forte. & p̄ter ponit talem propositionē: q̄ cuiuslibet actus intrinsece boni omnes circumstantie sunt partialia obiecta. quia alias sequeretur q̄ nullus actus esset intrinsece & necessario virtuosus: sed solū contingenter. cuius oppositum prius p̄batum est. Antecedens patet / quia si sibi deficeret aliqua circumstantia deficeret obiectū: et per consequens deficeret actus. nā vt dicit Diony. conformiter ad Aristotelē bonum est ex integra causa: ergo requirit omnes circūstantias pro obiecto. & si deficeret vna variaretur obiectum. et per consequens non esset idē actus. ¶ Scdo p̄bat ipse Occhā / q̄ actus intrinsece bonus habeat om̄s circūstantias pro obiecto. et maxime de prudentia: quia si non: seq̄retur q̄ aliquis actus de nō bono efficeretur bonus: & de non meritorio meritorius per positionē alicuius actus mere naturalis qui nullo mō esset i potestate habētis actū imo pure naturale respectu illius. q̄ sic patet: quia quēcūq; actū respectu quorūcūq; obiecto rñ aliorū adiecta rōne voluntatis pōt elicere pōt sine ea elicere cum sola apprehensione illorū obiecto rñ: vt sortes habens volitionem dandi elemosinā propter deum causatā ex simplicibus apprehensionib; & non ex dictamine prudentiali tunc illa non est bona moraliter p̄pter defectum prudentie & potest aduenire prudentia mere naturaliter cāta puta p causas necessitantes intellectum: quia illa propositio prudentialis potest deduci ex aliquibus evidentiis necessitatibus intellectum. & si adueniat illud dictamen prudentiale talis volitio erit moraliter bona que prius non erat bona ante aduentū illius dictaminis: ergo illa volitio de nō bona efficit bona p aliqd q̄ est mere naturale scz per solā coexistētiā prudentie. Rursus si circūstantie nō esset obiecta pat-

propositio fū  
damētalīs.

propositio  
secūda.

Bonū ē ex  
integra cā.

Act⁹ intrinsece bon⁹ ha  
bet oēs cir  
cūstantias  
p obiecto.

## De circumstantiis actuum moralium.

tialia actus: ergo esset possibile illas auferri ipso actu remanente: et tunc talis actus non esset bonus quia deficerent circumstantie. Difficultas apud Occham quam tractat etiam Andreas in fine primi. habeo istud dictamen prudentiale solus subueniendum est pauperi propter deum et non habeo reflexionem super illud dictamen videlicet quia dictatum a recta ratione et elicio solus volitione conformem illi dictamini quam volitio non est reflexa super dictamen: ita quod non habet illud pro obiecto: an tunc sit bona. et probatur quod sic: quia habet omnes circumstantias requisitas ad bonum actum: quia est ab operante scienter elicitum et propter hoc. igitur Diceret Occham quod non est actus bonus: sed hoc est valde durum. Ideo dico quod actus dicitur intrinsece bonus dupliciter. Uno modo: quia non est bonus bonitate alterius actus a quo imperetur sed bonitate sibi propria: et sic ille actus est intrinsece bonus: sicut fortes dicere albus albedine sibi intrinseca. id est propria et non per albedinem alterius. Alio modo dicitur intrinsece bonus ut dicit Occham: quia non potest elici a voluntate libere quin sit bonus et bene circumstantionatus: et tunc secundum eum talis non esset intrinsece bonus: quia sublato dictamine prudentiali amplius non esset bonus. Item si dictamen prudentiale non esset parziale obiectum actus intrinsece boni: oporteret concedere quod aliquis actus qui non est bonus efficeretur bonus propter aduentum alicuius quod non est in mea potestate sed necessario et naturaliter aduenit: ut patet de dictamine prudentiali quod aduenit naturaliter et euidenter. Dico quod Occham habet hoc concedere in actibus indifferentibus: immo etiam in actibus malis: ut patet de isto actu quo nolo nunc subuenire platonem quem inuincibiliter credo non indigere. talis volitio non est mala: continuetur et tempore continuationis causetur in me naturaliter necessario et euidenter iudicium quo iudico quod subueniendum est platonem: quia cognosco euidenter necessitatem platonem: tunc actus non malus per aduentum alicuius pure naturalis efficeretur malus. et hoc habet concedere Occham conformiter ad dicta sua. Similiter quod aliquis actus malus per aliquid pure naturale adueniens efficeretur peior vel transibit in peiorem per aliquid quod non est in potestate habentis illum actum. verbi gratia. volo carnaliter cognoscere bertam: non est in potestate mea quin berta nubat viro: continuo volitionem per horam in cuius prima parte est berta soluta: in secunda vero parte nupsit: talis volitio efficitur peior per aliquid quod non est in mea potestate. quia transit de simplici fornicatione in adulterium. [Argumenta non videntur concludere contra Occham: quia nullum purum naturale est causa sufficiens maioris malitie vel ad mutandum de non bono in bonum sed causa efficiens est libera continuatio actus et aduentus

Actus dicitur intrinsece bonus dupliciter.

Aliquis actus malus per aduentum alicuius pure naturalis efficitur peior.

Additio.

**De circumstantiis actuum moralium. Fo. xvii.**

alicuius naturalis. ¶ Dices/ vñ ergo aliquis venit laudandus vel vituperandus. Dico q̄ in talibus nullus est laudandus vel vituperandus/ quia sic dicitur: sed quia adueniente illo dictamine libere continuat. ¶ Multi alij doctores vt sco. dicunt q̄ nō requiritur ad actum intrinsece bonū q̄ habeat omnes circumstantias pro obiecto saltem de prudentia q̄ non requiritur q̄ sit/ parziale obiectū/ et durum videtur multum q̄ non possit bene moraliter agere nisi reflectat se supra tale dictamē prudentiale/ certum est q̄ simplices nec regulariter docti reflectunt se: sed solū cōsiderāt hoc esse agendum vel non agendum: vnde intellectu dictante q̄ deus est super oīa diligendus absq̄ quacūq̄ reflexiōe/ absurdū est dicere q̄ volitio conformiter illi dictamini elicitā nō sit bona. ¶ Item sequetur q̄ nullus posset bñ frui deo per actum bonū quin siml vteret aliquo creato. Patet/ sortes nō pōt habere actū volūtatis quin habeat actum quo fertur i prudentiā apud opinio nē occhā vel ille actus quo fertur in prudentiā est vsus vel fructio. Si p̄mum: ergo ppositum. si secūdū: ergo nō ē act⁹ bon⁹ sed mal⁹: quia fructio creature. et sic oportet illos fateri q̄ nulla est fructio bona qui simul sit vsus: aut q̄n illa fructio sit vsus/ sed hoc videtur absurdum. cum multi merentur circa deum qui nō cogitāt de creatura. ¶ Item manēre actu eodem habēte omnes circumstantias pro obiecto potest illud dictamē prudentiale falsificari. verbi gratia. p̄tinuata ista volitione elicitā p̄formiter huic dictamini vero: subueniendum est platonī pauperi p̄pter deum. et quia dictatum per rectam rōnē: possibile est q̄ plato efficiatur diues me ignorante vincibiliter tūc illud iudicium p̄tinuatum erit erroneuz: quo facto illa volitio cōtinuata cōformiter illi dictamini trāsibit de bonitate in malitiam. Dices q̄ non erit eadem volitio. ¶ Contra/ manet eadez in genere entitatis. quod sic patet. quādo cūq̄ manēt cause que nate sunt p̄ducere aliquem effectum poterūt cōseruare illū eūdem effectū: sed manēt eedem cause. igitur manebit. idem effectus/ p̄ta eadem volitio que tūc erit mala: ergo nō erat intrinsece bona. Solutio cōmunior est: q̄ nō potest manere eadē volitio: quia requiritur specialis cōcur sus dei qui nō adest q̄n tale iudiciū est erroneum: cum de⁹ nō amplius auxilietur specialiter: neq̄ spāliter p̄currit ad iudiciū erroneum. Sed ista solutio non valet apud Occham qui nō ponit auxilium spāle. ¶ Item dato q̄ ille actus bonus corrūpatur: tamē possum ego elicere nūc volitionem p̄formem bi ctamini quādo est erroneum: igitur nulla causa remouebit et erit eiusdem speciei cuz p̄mo. P̄terea potest deus p̄hibere illū actum/ quo facto possum adhuc cōtinuare illum stante p̄hibitione. et sic esset iam malus. igitur non erat intrinsece bonus et hoc est fortissimum argumentum contra Grego-

Regula.

## De circumstantiis actuum moralium.

rium ponentem auxiliū speciale requiri ad bene agendum. Ex dictis videtur vt actus sit in trīsece bonus non requiritur de necessitate q̄ habeat prudentiā p̄ partiali obiecto. vel actu 3 sibi coexistentē qui habeat prudentiam pro obiecto sicut videtur pretendere Occhā: sed sufficit q̄ sit prudentia assistens. 2 non sequitur / prudentia est causa partialis illius volitionis conformiter elicitē: ergo est obiectum parziale. Nā noticia est causa partialis volitionis: 2 tamen non est obiectum parziale. Sed pro ampliori declaratione huius materie dico duo tenendo q̄ precepta sunt indispenſabilia. primū est q̄ actus difformis dictamini recto dictante de oibus circumstantiis vel fertur in materiā intrinsece 2 de se bonā: vel contingenter / hoc est in casu bonam 2 in casu malam. tunc dico q̄ si talis actus feratur in materiam simpliciter bonā elicitā conformiter dictamini recto dictati de oibus circumstantiis: 2 habet illud dictamen pro obiecto / est intrinsece bonus: quia illud dictamen est necessarium 2 habet illud pro obiecto. ergo volitio illi conformis erit necessario et intrinsece bona: vt istud dictamen iuste agendum est propter deum: est infalsificabile 2 necessarium: tunc actus ei conformis 2 habēs illud pro obiecto est intrinsece bonus. [Videtur falsū fundamentum q̄ aliqua materia sit de se bona immo ipse deusmet est prohibitus pro aliquo tempore respectu nostri / alias nunq̄ teneremur dormire. Sed quero vtrum ista propositio sit necessaria iuste agendum est pro tēpore 2 loco. 2 videtur michi q̄ nullū dictamen affirmatiuum est necessarium nisi forte sit conditionatū vt tale dictamen diligendus est deus si teneor diligere: sed quicquid sit de necessitate dictaminis quilibet actus conformis tali dictamini potest esse malus sed nō oīno erit conformis pro tunc.] ¶ Sed si sit dictamen contingenter verū puta circa materiam contingenter bonā: actus ei conformis 2 habēs ipsam pro obiecto non est intrinsece sed contingenter bonus. vt subueniendū est huic homini: ista materia non est intrinsece bona quāuis illud dictamen sit verum nunc / nihilominus est contingenter verū / ergo volitio conformis illi est contingenter bona. quēadmodum dictamen contingenter est verum / ita q̄ volitio illi conformis contingenter est bona. tūc pono tres propositiones. Prima / oīs actus conformis dictamini necessario 2 recto 2 habēs illud pro obiecto est necessario et intrinsece bonus. ¶ Secūda: nullus actus conformis dictamini contingenti est intrinsece bonus vel malus. ¶ Tertia / oīs actus conformis dictamini necessario malo et erroneo est intrinsece 2 necessario malus. De castro dicit q̄ nullus est actus intrinsece bonus: q̄ nullus est actus quin possit continuari contra dictamen erroneū / 2 illa opinio est multū probabilis. pōt tñ defensari q̄ solum dilectio dei super omnia

Notitia est causa ptia =  
lis volitio =  
nis.

Additio.

Prima ppō.

Secūda ppō.

Tertia ppō

Nullus est actus intrinsece bonus secundū andream de castro

**De circumstantiis actuum moralium**

fo. xvij.

est actus intrinsece bonus tenendo quod deus non potest prohibere suam dilectionem. sed difficultas est tenendo opinionem de castro quod nullus est actus intrinsece bonus propter prohibitionem supervenientem de actu conformi dictamini necessario. Nam apud eum sunt aliqua dictamina prudentialia contingentia: ut danda est elemosyna pauperi propter deum / illud est contingens: quia deus potest prohibere ne detur elemosyna pauperi propter deum immo precipere quod occidatur pauper: ergo potest prohibere ne detur ei elemosyna. Alia sunt dictamina necessaria: scilicet negativa: ut istud non est dei precepto contraveniendum: illud est necessarium: quia istud est impossibile / est precepto dei contraveniendum. Similiter apud eum istud est necessarium non est occidendus innocens auctoritate propria: quia istud est impossibile. est occidendus innocens auctoritate propria: tunc sic si hoc est necessarium: non est dei precepto contraveniendum: ergo nolitio illi conformis est necessario bona. quia bene sequitur: est dictamini vero conformis: ergo est bona. Similiter bene sequitur. est dictamini necessario conformis: ergo intrinsece bona: ut ista nolitio: nolo contravenire precepto dei / quia ratio dicit: et non potest esse illud dictamen non est contraveniendum precepto dei quia ratio dicit: quin sit verum. igitur. Quantum ad hoc nego quod illa nolitio que est conformis dictamini vero et necessario sit necessaria et intrinsece bona. et pro isto suppono quod dupliciter intelligitur: quod aliquis se conformet alicui dictamini. primo quod se conformet dictamini immediate et proprie / et isto modo se conformare nichil aliud est quam facere ita esse sicut per dictamen dicitur esse faciendum. vel facere non ita esse sicut per dictamen dicitur non esse faciendum. ut se conformare huic dictamini. danda est elemosyna: est facere quod elemosyna detur. similiter se conformare huic dictamini / non est deus odiendus non est amare deum: sed non odire deum. Jam dico quod ommissio illius actus nunquam potest esse mala. quia si non potest precipi odium dei: non potest illa omnino esse mala. Alio modo actus potest esse conformis dictamini: quia agens vult vel nult quod dicitur non esse faciendum. exemplum. sortes dicit non esse contraveniendum precepto dei: tunc quando nullum actum elicit contra preceptum dei se conformat primo modo: sed quando nult taliter facere qualiter ratio dicit non esse faciendum se conformat secundo modo. tunc dico quod ille actus conformis secundo modo non est necessario bonus / quia potest esse difformis alicui alteri iudicio recto. nam iste due simul stat in veritate / non est contra veniendum precepto dei: et non est eliciendum illud nolle quo nolo contravenire precepto dei. quia potest deus prohibere quod non eliciatur illud nolle. quo posito illud nolle est aliquo modo conformis primo dictamini. hoc tamen non sufficit ad bonitatem actus: quia requirit conformitas ad dictamen verum et quod non sit difformitas alteri dictamini. pro: sed non obstante conformitate actus quo nullo contra venire

**Duplicia**  
sunt dictamina prudentialia.

**Dupliciter**  
aliquis potest se conformare alicui dictamini.

## De particularibus circumstantiis

Preceptis dei: stat difformitas cum alio dictamine puta non est nolendum: et sic ille actus est contingens: quia est contingenter non difformis alicui alteri dictamini rationis. valde facile defendi potest utraq; opinio quod est dabilis aliquis actus intrinsece bonus: et quod nullus est actus dabilis intrinsece bonus.

### De particularibus circumstantiis.

#### Capitulum septimum.

De circumstantia in particulari.

An circumstantia persone augeat bonitatem vel malitiam actus.



Oportet determinatum est in generali de circumstantiis: nunc agendum est particulariter. Prima circumstantia particularis est quis: que est circumstantia persone. Et primo queritur utrum sicut circumstantia persone augeat malitiam actus: ita augeat bonitatem. ut sortes et plato circa eandem

materiam eliciant actus similes: eodem conatu ita quod sit paritas aliarum circumstantiarum excepto hoc quod sortes est melior platone: an actus sortis sit melior actu platonis. Hanc difficultatem pertractat monachus et respondet negative. quod talis circumstantia non augeat actus bonitatem. Probat tali ratione. quia sequeretur quod ille actus esset infinite bonus. patet: supposito quod sorts ante elicitionem illius actus fuerit solus bonus: ut quattuor platone ut duo. tunc sic talis actus propter circumstantiam sortis: quia sortes est bonus ut quattuor habet gradum bonitatis quam non haberet si sortes esset bonus ut duo. ergo per illum gradum bonitatis efficitur melior: ergo iste actus efficitur iterum melior per illam bonitatem. et sic in infinitum. Dico quod talis ratio non est multum ponderosa: et soluitur sicut ratio de intentione actus et habitus. Alia ratio: si circumstantia persone augeat bonitatem actus sequitur quod si sortes bonus eliceret duos actus virtuosos simul et semel scilicet actum liberalitatis et actum mansuetudinis quod actus liberalitatis esset melior quam si solus eliceretur. patet: quia elicitor a meliore quam si solus eliceretur: sed propositum est falsum: quia eodem modo ille actus mansuetudinis esset melior quam si solus eliceretur: et inuicem illi actus essent causa meliorationis. Propter has rationes tenet resolutorie quod circumstantia persone non augeat bonitatem actus. Quatuor ad hoc dico quod est aliqua circumstantia persone ratione cuius persona obligatur ad actum ad quem non obligaretur illa seclusa: ut sortes curatus obligatur ad administranda sacramenta suo populo parochiano. Similiter sortes sacerdos obligatur ad continentiam qui alias non obligaretur. Ultra dico si sit circumstantia in persona ratione cuius actus cadit sub precepto: et ubi talis actus habet illam circumstantiam pro obiecto: efficitur semper melior quam esset. illa circumstantia seclusa. ut magis virtuosum est curato predicare quia tenetur quam sit theologo predicanti solum ex consilio. Nam dicunt doctores quod opus consilij ex voto est magis me-

propositio responsiva  
Aliqua est circumstantia persone ratione cuius actus de precepto.

Opus consilij ex voto magis merito rui.

ritorium q̄ sine voto: quia procedit ex maiori virtute: simili-  
 ter dicendum est in pposito. [Uidetur dicendum cōsequen-  
 ter siue habeat obligationem p obiecto siue nō actus fact⁹  
 conformiter est melior eo q̄ a maiori virtute pcedit. s. iusti-  
 cia.] [Secundo dico q̄ si sit talis circūstātia in persona rō-  
 ne cuius nō oritur maior obligatio nec minor: illa non auget  
 bonitatem ceteris paribus. [Alia questio/ vtrum bñficiū  
 collatum alicui aggrauet pctm̄ vt sortes sit melior q̄ plato.  
 habeat gratiam: diuitias/ vel scientiam: vel sit xpian⁹ & pla-  
 to infidelis que omnia supradicta se tenēt ex parte agentis.  
 vtrum actus malus elicitus a sorte sit grauius peccatum q̄  
 actus elicitus a platone non habente illa beneficia ceteris  
 omnibus paribus exceptis illis beneficijs a deo collatis. vi-  
 detur q̄ peccatū sortis non sit grauius. qz sequeretur q̄ actu  
 malo quocunq; signato absq; variatione illius quacūq; ma-  
 litiam posset habere: & q̄ in infinitum posset effici peior. Pa-  
 tet/ quocunq; gradu malitie signato ex parte agentis potest  
 esse aliqua circūstantia que nunc non est: quo posito talis  
 actus esset peior q̄ prius. hanc materiam tractat Altissio do-  
 rensis in secundo & monachus. xxi. secundi. tamen pro solu-  
 tione sit prima propositio. Omne beneficium cognitū ex par-  
 te agentis aggrauat peccatū. Patet/ omne illud aggrauat  
 peccatum ratione cuius actor peccati grauius punietur.  
 Deutero. Secundum quantitatem culpe erit & plagarū mo-  
 dus. sed ratione beneficii pro tali actu malo actor mali gra-  
 uius punietur. igitur. Patet minor ex Gregorio in homelia.  
 Cum crescunt dona crescunt rationes donorum/ et vnusq; q̄  
 magis humilis esse debet quanto se cognoscit obligatiorem.  
 igitur ex hoc beneficio oritur maior obligatio q̄ esset benefi-  
 cio secluso. sed quanto maior est obligatio tanto transgressio  
 est peior. igitur. [Secunda ppositio. Illud beneficium qd̄  
 aliquis habet de quo habet ignorantiam inuincibilem nō au-  
 get pctm̄. Patet sic / dictum est q̄ omnis ignorantia inuinci-  
 bilis excusat a pctō: sed malis sit alicuius circūstantie par-  
 ticularis & non cuiuslibet excusat a grauitate peccati proue-  
 niente ratiōe illius circūstantie. ergo quis beneficium ag-  
 grauet peccatum: si de illo habeatur ignorantia inuincibi-  
 lis non aggrauabit illud peccatum commissum non obstan-  
 te tali beneficio. Alia ratio monachi. beneficium collatum  
 ab homine de quo habetur ignorantia inuincibilis nō aggra-  
 uat peccatum commissum in illum qui contulit ergo benefi-  
 cium collatum a deo de quo habetur ignorantia inuincibi-  
 lis: etiam non aggrauat. antecedens patet: si aliquis laten-  
 ter posuerit in arca mea aliquas pecunias sicut fecit. s. nico-  
 laus et postea pecco in illum: illud beneficium inuincibiliter  
 ignoratum non aggrauat peccatum. [Tertia propositio il-

Additio.

An bñficiū collatū aggrauet pec- catū

Quattuor ppōnes de bñficio quō aggrauat prima.

Secda rō.

Tertio pro- positio.

## De circūstantiis particularibus

lud beneficium de quo habetur ignorantia vincibilis tamē/  
aggrauat peccatum. Patet. ignorantia alicuius circumstan-  
tie augentis malitiā peccati si fuerit vincibilis non excusat a  
tota malitia pueniente ex illa circūstantia quāuis ab vna par-  
te excuset si fuerit crassa vel supina. ergo si beneficium habeat  
aggrauare et habeatur ignorantia vincibilis: nō auferit tota  
grauitas pueniēs rōne illius bñficii. ¶ Quarta ppositio. Bñ-  
ficiū non aggrauat pctm scdm eādē pportionē scdm quā  
est maius altero: hoc est inter beneficia quorum vnum ē ma-  
ius alio nō aggrauatur pctm scdm eādē pportionē scdm  
quā est maius. patet/ quia sequeretur qd beneficium  
gratie in infinitum plus aggrauaret peccatum q̄ beneficium  
diuitiarū: consequēs ē falsum. ergo et añcedēs. patet tamē  
consequentia/ capio sortem in gratia et platone in diuitē sed  
nō in gratia: ambo fornicentur simplici fornicatione. benefi-  
ciū collatum sorti: scz gratia in infinitum excedit bñficiū diui-  
tiarū. immo cum gratia sit diuisibilis in infinitas partes mi-  
nima pars gratie si esset dabilis in infinitū excederet bñficiū  
diuitiarū. Ideo illud bñficiū gratie quod est maius non ag-  
grauat in eadem pportione in qua est maius cū sit in infini-  
tū maius q̄ bñficiū diuitiarū immo quelibet pars est simpli-  
citer et in se maior q̄ sit bñficiū diuitiarū. habetur ergo reso-  
lutoe. qd bñficiū ex parte agētis aggrauat pctm. Secdo/ si de  
tali habeatur ignorantia inuincibilis nō aggrauat. Tertio:  
si vincibilis aggrauat. Quarto: non aggrauat in eadem pro-  
portione scdm quā maius est. Querit modo in qua p-  
portione aggrauat. ¶ Respondet monachus qd aggrauātia  
illius est attēdēda penes obligationem maiorem vel minorem  
q̄ quidem obligatione vult illum esse magis vel minus obli-  
gatum. et hoc virtualiter dicit Altissiodoreñ. vt quādo deo cōtu-  
lit sorti aliquod beneficium magis peccat in ea pportione  
in qua deus vult eum magis obligari q̄ prius/ ideo circūstā-  
tia persone auget malitiam actus. ¶ An ceteris pari bñsimi-  
le peccatum commissum a sorte fidelis a platone infideli sit  
similis grauitatis in vno sicut in altero: et pono cetera paria  
excepto qd vnus ē fidelis alius vero non. Dicit qd fidelis gra-  
uius peccat: quia esse fidelem est vnum beneficium a deo col-  
latum. Contra/ sequitur qd infidelitas erit circūstantia di-  
minuens/ et de infidelitate reportaret commodum. Respon-  
det Altissiodoreñ. qd ista consequentia nichil valet. iste min⁹  
peccat ergo in isto est aliqua circūstantia diminuens. sed  
oportet sic arguere. infidelis minus peccat: ergo aliquid di-  
minuit in eo pctm/ vel aliquid in alio augmētat peccatum.  
Querit altissiodoreñ. vtrū aliquis theologus existens i mor-  
tali magis peccet q̄ vetula que cadit a charitate aliis circū-  
stantiis paribus. videtur quod sic per Gregorium/ vbi ē ma-

Quarta p-  
positio.

Resolutio.

Bona diffi-  
cultas .

Fidelis eo-  
dē gñe pctl  
grau⁹ pec-  
cat q̄ infide-  
lis.

An theolo-  
g⁹ plus pec-  
cet q̄ vetu-  
la simplex .



ius donū scientie: ibi transgressor maiori subiacet culpe. et in euangelio / seruus sciens voluntatem domini. ¶ In opposi- tum arguitur. hec vetula magis leditur cum amittat chari- tatem et ille non. et non leditur nisi quis peccat. igit. ¶ Itē fortiora habet arma ad se defendendum scz charitatem. igitur magis est ei imputandum si succumbat. ¶ Dicit. q̄ reue- ra theologus magis peccat. quia scientia est per quam ma- xime possumus nos iuuare: et vetula non habet talem habi- litatem vtendi illis armis scilicet gratia. licet autem nulla circūstantia ita aggrauet peccatū sicut scientia: tñ episco- pus minus sciens magis peccat q̄ simplex theologus. quia ignorantia eius parū aut nichil diminuit de peccato: qm̄ te- netur scire nouum / et vetus testamentum. dignitas aut̄ mul- tum aggrauat. ¶ Alia difficultas. si beneficiū quod se tenet ex parte circūstantie persone aggrauaret: sequeretur q̄ p̄- destinatio aggrauaret peccatum. vt sortes p̄destinatus eo- dem genere peccati peccans: sicut plato non p̄destinatus ceteris omnibus alijs paribus grauius peccaret: patet / in- ter omnia beneficia / que conferuntur a deo beneficium p̄- destinationis est maximum. sed q̄ consequēs sit falsum: pa- tet. quia tunc ista p̄clusio esset possibilis / sortes peccat a gra- du grauitatis peccati (gratia exempli simplici fornicatione vt. viij.) et tamen nunc foret possibile / q̄ non peccauit tan- ta grauitate peccati. patet. capio sortem q̄ fornicetur et tale pctm̄ sit graue / vt sex sed quia p̄destinatus. est graue vt oc- to. ista p̄positio nunc est vera sortes peccauit a / gradu vt oc- to. et tamen nunc est possibile / q̄ non peccauit / a / gradu vt octo. patet. est nunc possibile q̄ non fuit p̄destinatus. er- go illa grauitas. zc. Nego sequelam propter duo. p̄imum / p̄destinatio nichil est in peccatore: sed dicit beneficium so- lum futurum scilicet futuram gratiam et gloriam et volun- tatem efficacem in deo illa duo conferendi / ideo cum p̄de- stinatio nichil dicat in peccatore. ¶ Secundo q̄ p̄destinatio nunq̄ aggrauat peccatum. secundo quia de p̄destinatione habe- tur ignorantia inuincibilis / quia nullus potest esse certus q̄ sit p̄destinatus nisi per reuelationem. et beneficiū de quo habetur ignorantia inuincibilis / non aggrauat peccatum: vt dictum est. igitur. Sed pone q̄ sortes habeat ex reuela- tione / q̄ est p̄destinatus. an tunc aggrauat suum pctm̄ p̄- pter p̄destinationem. hoc est / an grauius peccet eodez ge- nere peccati ceteris omnibus alijs paribus: q̄ ille qui nō ha- bet ex reuelatione q̄ sit p̄destinatus. Dicitur q̄ sic in casu illo. et hec dicta sufficiat de p̄ma circūstātia in particulari.

In oī a bñ-  
ficia a deo  
collata bñ-  
ficiū p̄desti-  
natiois est  
maximum.

De circūstantia obiecti.  
Capitulum octauum.

c liij

## De circumstantia obiecti.

Circūstātie  
obiecti z fi-  
nis sunt p̄ci-  
pue.



Trita q̄stio

Sc̄da q̄stio.

Solutio q̄-  
stionis p̄me

Equitur modo videre de circūstantia materse si-  
ue obiecti hoc est circa qd̄ actus voluntatis fer-  
tur. vnde vt dicit sanctus Thomas p̄cipue cir-  
cūstātie attēdēde sunt circūstātia obiecti z cir-  
cūstātia finis. Ratio est qz penes diuersitatē speci-  
ficam obiecti variatur distinctio specifica virtu-  
tis z vicij. Similiter penes diuersitatē specificam finij varia-  
tur species actus: si nō nature saltem moris z nature quādo  
ille finis est partiale obiectū. sed alie circūstantie a circū-  
stantia obiecti z finis aliquādo variant specie: moris: aliquā-  
do non/ ideo iste due scz obiecti z finis p̄cipue sunt inter cete-  
ras. Occasiōe hui⁹ difficultatis trita questio queritur. vtrū  
magnitudo seu pluralitas seu pfectio obiecti augeat maliti-  
am actus mali. hoc est/ si sint duo actus quorū vnus fertur  
p̄cise super vnum obiectū: alter super plura: vel vnus super  
obiectū minus perfectū: alter super perfectius an semp̄ secū-  
dus actus sit grauior qua primus/ z hoc ceteris omnib⁹ alijs  
paribus puta cū equali intentiōe z conatu zc. vt sortes vult  
occidere vnū hominem z plato duos eadē volitione an voli-  
tio platonis sit peior. similiter sortes vult furari paruū quid/  
z plato magnū quid: an plato plus peccet. Arguitur q̄ nō.  
Plato qui plus furatur habet maius incitamentū ad furandū  
q̄ sortes: ergo minus peccat. tenet cōsequētia. dicit August.  
z recitat magister i quarto/ plus peccat q̄ fornicat cū turpi q̄  
q̄ cū pulchra: qz habet min⁹ allectiuū. ¶ Sc̄do sequit̄ q̄ posset  
dari act⁹ infinite malitie vel grauitat̄. Patet sic. si velle occi-  
dere duos sit graui⁹ p̄c̄m q̄ velle occidere vnū: ergo velle oc-  
cidere infinitos est infinite malitie. Idē argumētū cōmuniter  
fit ad pbandū q̄ peccatū in deum est infinite malitie/ cū ip̄m  
in primū est aliquētule malitie z in alterū meliorē cōmissum  
maioris malitie: ergo in deum qui est infinite bonitatis erit  
infinite malitie. Occasiōe huius querit monachus/ capien-  
do duos de quorū vno h̄at p̄babilitatē moralem q̄ est in  
peccato: de altero vero q̄ est in gratia. z si quis habeat duas  
volitiones formaliter eexecutiuas quā vult occidere sortem  
in peccato scitū p̄babilitate morali z platonē in gratia/ que  
illarū est grauior: z arguit q̄ sit illa quā vult occidere sortem  
scitū esse in peccato mortali: qz est causa illius damnatio-  
nis eterne. In oppositum arguitur. plato ē persona dignior  
q̄ sortes cum sit in gratia: ergo iniuria est grauior. Secundo  
querit. sit ita q̄ vterq̄ istorū sit in extrema necessitate: z non  
possit succurrere nisi alteri istorū si succurrā platonis sum cā  
damnationis alterius/ si sorti poterit penitere: z alter mori-  
tur tantū corporaliter z non eternaliter. igitur. Quantū ad  
p̄mum cū querebatur an circūstantia obiecti aggrauat: di-  
co q̄ sic. vt qui vult plus furari/ ceteris parib⁹ plus peccat q̄

De circumstantia obiecti.

Fo. xxi.

ille qui vult furari minus. ad Argumentū. qui furatur plus  
vel qui fornicatur cum pulchra / habet maius allectiuū. con-  
cedit. ergo ille qui vult fornicari cum turpi plus peccat. vel ū  
est. ergo ille qui vult furari plus minus peccat. nego conse-  
quentiam. & ratio est / qz quous allici sit circūstantia diminuēs  
est tamē altera magis aggrauās in obiecto. s. dānificatio: s;  
qui fornicatur ceteris omnibus alijs parib⁹ pter q̄ vna est  
pulchra alia turpis minus peccat qui fornicat cū pulchra: qz  
non est nisi circūstantia alliciēs. sed in casu de furto est vnum  
aliud in obiecto qd magis aggrauat q̄ illud alliciēs diminu-  
et. Ad aliud de volitione occidēdi / negatur cōsequētia / & ad  
p̄bationem volitio occidēdi duos est peior volitione occidē-  
di vnum / cōcedo. & volitio occidēdi quattuor q̄ tres & si i infi-  
nitū. nego cōsequētia qz nō oportet qz si sint infinita quoz  
scdm excedit primū in aliqua p̄portione & tertium scdm: & sic  
in infinitū qz volitio cadens super mille excedat 2c. sed si sint  
infinita quoz scdm excedat primū in aliqua p̄portione: & in  
tanta p̄portioe quartū excedit scd̄ 2c. si esset aliqd excedēs  
quodlibet illoz esset infinitum sed in p̄posito licet scdm ex-  
cedit primū: tamen non excedit in infinitum: licet duplet vna  
circūstantia cetera nō duplantur nō sufficit qz vna aggrauās  
dupletur: sed requiritur qz omnes aggrauātes duplentur.  
Ideo malitia scd̄e super primā non ageret in duplū. quapro-  
ptervolitio occidēdi duos nō est in duplo peior q̄ volitio occi-  
dendi vnum: nec volitio occidendi quattuor nō est in duplo  
peior volitione occidēdi duos. Contra. ad minus habetur qz  
volitio occidēdi duos est per aliquā latitudinē malitie peior  
volitione occidendi vnum: ergo volitio occidendi quattuor  
duplabitur in malitia respectu volitiōis occidēdi duos. ergo  
quous nō sit peior in duplo volitione occidēdi duos: est tamē  
dupla volitiōe occidēdi vnum. Si volitio occidēdi duos ē peior  
p̄ duplā latitudinē malitie scz ppter duplex obiectum volitio  
occidēdi quattuor erit peior p̄ duplā latitudinē malitie. et  
ita in infinitū. ergo non evadēs p̄positū. nego. qz volitio occi-  
dendi duos distinctius fertur i duos homines q̄ volitio occi-  
dendi mille. & penes hoc qd est distinctius ferri attendit etiā  
grauitas peccati: & ideo quous dupletur circūstantia obiecti  
non oportet qz malitia dupletur. [Videtur qz ista cōsequētia  
sit bona hic actus in infinitum augetur in malitia ex parte  
vnius circūstantie / ergo est infinite malus. patet / hec circū-  
stantia seorsum est in infinitum mala / igitur totus actus.]  
[Quantū ad aliud de bono & malo / an teneat subuenire bo-  
no derelicto malo. dicit monach⁹ qz occisio mali est peior q̄  
occisio boni / qz non solū est causa mortis corporalis: sed etiā  
damnationis / qui autem occidit bonū non est causa nisi mor-  
tis corporalis. Eodem modo dicit ad scdm / qz potius teneor

Hec replica  
est appars  
multum.

Additio.

Solutio se-  
cunde que-  
stionis.

## De circūnātia tēporis.

Ad ditio.

subuenire malo q̄ bono: quia subueniendo malo sū cā salu-  
tis 2 aie 2 corporis et q̄nis non subueniēdo bono sit vna cir-  
cūstantia que aggrauat scz bonitas: est tamen alia circū-  
stantia in alio scz damnatio que magis aggrauat q̄ circū-  
stantia boni. sed vbi non haberem pbabilitatem moralem  
q̄ esset in peccato: deberem citius subuenire bono. e sic de cir-  
cūstantia obiecti sufficiat [hec solutio monachi non placet  
quia alias nunq̄ liceret repellere vim vi quando constat de  
iniusto aggressu impetentis/ et propterea ego non sum cau-  
sa nisi per accidens/ quia est de per se in sua potestate nō dā  
nari et non in mea.]

## De circūstantia temporis.

### Capitulum nonum.

De circūstā-  
tia tēporis.



Solutio q̄ =  
stionis.

Quomodo  
intelligitur  
q̄ veniale ef-  
fici tur mor-  
tale p̄ psue-  
tudinē.

Sendum est nunc de circūstātia tēporis. Ideo  
queritur primo. an ratione illius augeatur bo-  
nitas / vel malitia actus. Dat exemplū Altissio  
dorensis libro secundo tract. xxviii. q̄stioe quar-  
ta. de fornicatione. Utrum videlicet secunda for-  
nicatio sit maius peccatum q̄ prima. Videtur q̄  
prima sit peior. per primam perdit homo castitatem: 2 si vir-  
go virginitatem/ et non per secundam. igitur. Secundo. eli-  
ciēs p̄mum actum fornicationis habet plura adiutoria ad  
resistendum vel saltem minora incitativa ad actum fornica-  
tionis: ergo secunda erit minus mala semper intelligendo  
cetera alia paria. antecedens patet/ ex prima perdit gra-  
tiam que adiuuabat illū 2c. In oppositū arguitur. Commu-  
niter dicunt docto. q̄ peccatū consuetudinē est grauissimū  
inimo q̄ veniale ex ḡne p̄ psuetudinē efficit mortale. q̄ actus  
sc̄do / t̄rio / q̄rto elicit̄ peior q̄ p̄mo elicit̄. Dicit Altissio do.  
q̄ ceteris aliis parib̄ act̄ p̄mo elicit̄ est peior regularit̄ q̄ ac-  
tus sc̄do elicitus. patet per suas rationes an oppositū fa-  
ctas. D̄r notāter si cetera sint paria: quia si maius desiderio  
vel alio modo ferretur in obiectū in sc̄da avolutione q̄ in p̄ma.  
sc̄da esset peior. vt si decima eb̄estate sortes p̄poneret amo-  
rē vini amor dei: illa esset peior. sed si eodē modo feratur in  
vinum ceteris paribus preter hoc q̄ inebriatur decimo / deci-  
ma est minus mala. Item si in decima haberet sortes scien-  
tiā q̄ tale vinum est inebriatiuum. et in prima haberet igno-  
rantiam vincibilem tamen: vel si in decima / ignorantia esset  
magis vincibilis q̄ in prima: decima tunc esset maius pecca-  
tum. Ex quo sequitur q̄ nunq̄ peccatum veniale ex genere  
per quancunq̄ consuetudinē efficitur mortale nisi varie-  
tur aliqua altera circūstantia consuetudinē: quia t̄nc erit  
semper minus. sed quando dicunt doctores q̄ efficitur ve-  
niale mortale per psuetudinē sic intelligit̄ q̄ p̄ cōsuetudinē  
ita frequenter accidit: q̄ augetur cōtempus vel libido: vt p̄

consuetudinem mentiendi locose vel officiose ppter salutem alterius: potest quis tanta libidine ferri in mendacium locosum vel officiosum / q si esset contra pceptum / nichilominus vellet mentiri / sed hoc posito q sit pure locosus vel officiosus nunq efficitur mortale. Contra. pctm consuetudinis est grauissimu. Dico q sic intelligitur q peccator qui peccat ex consuetudine est in peiori statu q ille qui no peccat ex consuetudine: quia illud peccatum accumulatur supra pcedentia peccata. 2 qm ppter maiorem infirmitate 2 cecitate citius cadit in peccatum desperationis 2 presumptionis. Secundo. peccatum consuetudinis potest dici grauissimu idem periculosissimu / qz difficilius resurgit ab illo peccato. ¶ Alia questio vtru actus qui per maius tempus continuatur sit peius q si continuaretur per minus ceteris alijs paribus. Similiter / vtrum ex sola continuatione temporis incrementum suscipiat in bonitate. Dicitur q duplex est sensus huius. vnus vtru ita augeatur bonitatis actus ex continuatione temporis puta q sit melior in secunda parte temporis q in prima 2 in tertia q in secunda 2c. Secundus sensus. vtru ex tali continuatione ita augeatur bonitas non actus in se: sed ipsius continuatis puta q efficiatur melior 2 maioris meriti in secunda parte temporis illius continuationis q in prima. Quantum ad pmu sensum / soluta est questio prius puta cum diceret q in scda medietate hore illa volitio fornicandi non erat peior q in prima dimidietate. patet / in secunda dimidietate non est peior q esset ipsamet si tunc puta in illa secunda dimidietate eliceretur de nouo: sed sic est q si tunc eliceretur de nouo non esset peior q illa q elicitur in prima dimidietate immo minus mala. immo Al. istiodor. ensis habet de necessitate dicere: q. firminus mala: qz habet maius incitatuū: 2 maius inclinatuū ad illam q ad primā: qz habet habitum genitum ex continuatione prime dimidietatis. ergo in secunda dimidietate est potius minus mala q peior. ¶ In secundo vero sensu vtrum ex tali continuatione cont. actus efficiatur melior vel maioris meriti si actus sit bonus vel maioris demeriti si actus sit malus. ¶ Pro declaratione notandū est vnum vulgare qd ponit Gregorius in secundo. distinctioe tertia. duplex est continuatione actus. Queda pure naturalis. Alia mere libera. vnde ymaginat Gregorius. supposito q nūc eliciatur actus libere ab ipsa voluntate post hoc instans elicionis est vnu tēpus imperceptibile. qz sicut datur minimū visibile vel maximū qd non / ita datur minimū tēpus vel maximū qd non est perceptibile. et cōmuniter assignat maximum qd nō est. In toto isto tēpore talis actus ita necessario continuat q non est in potestate libera voluntatis scienter 2 libere cessare ab illo actu / lz forte casualit vel supnaturalit cessare pōt: lz nō scienter 2 libere.

Quo pctm consuetudinis dī grauissimum.

Difficultas

Solutio.

Duplex est continuatione actus.

## De circumstantia temporis.

Alia est continuatio libera quando voluntas sic per tēpus aliquod continuat/ q̄ cessare potest z elicere actum contrariū/ vt cum continuauit per illud tempus imperceptibile necessario post illud potest cessare. hoc supposito dicit Greg. z pleriq̄ post ipsum: q̄ actor actus mali ex illa continuatione mere naturali in qua scienter et libere ab illo actu cessare nō potest non efficitur deterior q̄ erat in primo instanti elicitionis talis actus. Patet. illa p̄tinuatio naturalis/ eque naturaliter sequit̄ ad elicitionē/ sicut ad volitionē efficacis imperatiuā act⁹ exterioris naturalis sequit̄ act⁹ exterior: z p̄pter istā cāz act⁹ exterior nihil bonitatis/ aut malitie addit actui inferiori. ergo similiter ex libera elicitione/ z naturali p̄tinuatione q̄ naturaliter sequit̄ illā liberā elicitionē nō efficit̄ hō deterior. Dicit vltra. Grego. q̄ illa continuatio libera in qua cessare potest addit malitiā super elicitionē: z homo efficitur deterior. Patet. tantū obligatur homo non continuare quādo potest nō continuare actum phibitum sicut obligatur nō elicere: q̄ per p̄ceptum phibetur tam p̄tinuatio sicut elicito act⁹ quando talis cōtinuatio est in potestate illius. ergo sicut elicito addit demeritū: ita z illa libera p̄tinuatio scienter z libere cōtinuata. Unde p̄supponit Grego. q̄ actus dum elicitor sic se habet: q̄ datur vnū tempus post elicitionem in quo necessario cōtinuat: sed hoc videtur difficile apud ip̄m. Dicit enim distinctione tertia sc̄di. q̄ volitio sicut est producibilis libere in instanti: ita est p̄ducibilis libere successiue: hoc supposito tunc pōt libere remitti successiue: z sit volitio/ a/ q̄ incipiat libere remitti successiue. tunc bene sequitur/ a/ incipit libere successiue remitti: ergo nunc adhuc est tota illa volitio z immediate post hoc nō erit tota: z nuncq̄ postea erit minor z sic in infinitū. Si concedas q̄ nunc sit tota/ et nuncq̄ postea erit tota. ergo falsum est q̄ oportet de necessitate assignare tēp⁹ certū p̄ qd̄ de necessitate erit tota. Si dicas q̄ erit tota/ vel pars. Cōtra si est in potestate libere z successiue cōtinuare z nō remitto/ ergo libere continuo/ tunc sic/ ponat̄ q̄ libere continuo in tanto gradu quo elicita fuit q̄ per qd̄cūq̄ tēpus p̄tinuationis aliqd̄ mereor vel demereor de nouo. z hoc tenet ad am̄ prima distinctione p̄mi. z hec opinio videtur p̄babilior q̄ opinio Gregorij z maior pars doctorū defensat istā. [hoc argumentum nō cōcludit p̄tra gregorij quia diceret̄ sc̄dm eum q̄ actus elicitor in instanti de necessitate cōtinuatur sc̄dm qd̄libet sui per tempus: sed si p̄ducatur successiue potest etiam successiue corrumpi z non totus simul.] [Sed est questio loquendo consequenter ad Gregorium an i instanti continuationis aliquid mereatur de nouo. Utrum in instanti medio mereatur aliquē alium gradū q̄ mereatur in p̄ma medietate hore/ puta an aliquis gradus meriti correspondet

Additio.

at p illo instanti medio. vt sortes i instanti elicit volitionem  
 vt octo/continuet per horā non remittendo: z hora sit rotū  
 tēpus in quo nō pōt remittere vsq; ad nō gradū: vtrū sortes  
 p illā merent aliquē gradū pmiū in instāti medio illi<sup>9</sup> hore di  
 stinctū a gradu pmiū quē merebat p medietatē hore. Si pce  
 das: ergo in quolibet instanti intrinseco tātum merebitur/  
 z cum sint infinita instantia merebitur infinitum pmiū. Di  
 cit Occhā q in nullo instanti elicitionis in quo meretur cer  
 tum gradū pmiū meretur aliquid distinctū a merito tempo  
 ris precedentis. hoc est non meretur aliquē gradū totaliter  
 correspondentē instanti illi intrinseco. Patet/ non est in pote  
 state voluntatis q p aliquo instanti corrūpatur certa pars  
 illius volitionis: qz non potest corrumpi nisi successiue. qz re  
 sistit sue corruptioni: talis enim volitio est entitas naturalis  
 appetens naturaliter permanere z resistens sue corruptiōi  
 ergo talis corruptio fieret cū resistentia: ergo non potest fie  
 ri subito. ideo oportet q successiue in aliquo certo tempore.  
 Tunc sic/ non est in potestate voluntatis q vna certa pars  
 corrumpatur p instanti continuationis: ergo p instanti con  
 tinuationis nichil de nouo merebitur totaliter: sed in quoli  
 bet instanti erit sibi maius pmiū q prius: quia quodlibet  
 instans sequens est cōtinuatiuum temporis in quo tempore  
 poterat corrumpere vnam certā partem. ideo in illo tēpore  
 merebatur aliquē gradum qui quidem gradus debetur in  
 illo instanti terminante illud tempus. z in illo instanti ē ma  
 ious meriti q prius: tamen in illo instanti nichil meretur de  
 nouo. Pari forma de demerito dicatur. Unde augetur meri  
 tum successiue quēadmodum pducitur talis pars successiue  
 pducitur volitio libere/ continuationis in eodem gradu nō est  
 totaliter libera sed partialiter: qz in quocunq; tēpore quātū  
 cunq; paruo/ licet non sit in potestate corrumpere ē tamen  
ditur bonitas actus moralis. s; querit penes quid attendit maior bonitas in vno / q̄ i altero. Respondet monachus q; maior bonitas nō attendit penes hoc q; est esse magis conforme dictamini recto. vel penes hoc q; est esse magis intensius: vel penes hoc q; est posse acceptari ad maius premium eternū vel temporale. patet primū. Nulla ratio est magis vera q̄ altera sicut vnū verum non est magis verum q̄ aliud / sicut propositio contingens non est magis vera q̄ necessaria. igitur. Neq; penes secundum. nam stat actum magis intensum esse minus meritorium q̄ minus intensum. vt stat actum diligendi deum remissum esse magis meritorium actu intensiori diligendi proximum. Neq; penes tertium. patet quocunq; premio dato potest acceptari ad maius. sed (dicit monachus) attenditur penes hoc q; de facto ad maius premium eternum vel temporale acceptatur. Contra hoc arguitur. quis adeo pro actu meritorio nullum esset promissum premium: nichilominus vnus actus esset altero melior moraliter. ergo quis actus moralis non acceptentur ad premium vel temporale vel eternum adhuc aliquid essent ceteris meliores. ergo excessus bonitatis nō attendit penes hoc q; acceptatur ad maius vel minus premium. Itē sequitur q; actus acceptatus ad premium eternum esset in infinitū melior q̄ acceptatus ad temporale. ideo dicitur q; attendit penes hoc q; est esse conforme dictamini prudentiali secundum meliores circumstantias. puta quia circa melius obiectum vel ad meliorem finem ordinatum: & sic de circumstantiis scilicet modi / loci &c. sed circumstantie obiecti & finis sunt precipue. Alia propositio. malitia actus nō est difformitas ad dictamen verū actu existens. patet. Nam aliquis potest peccare se conformando dictamini vero & etiam erroneo. igitur illa malitia vniuersaliter nō est illa difformitas ad dictamen verum actu existens. Tertia propositio. vt actus sit malus nec requiritur nec sufficit q; sit difformis dictamini quod si inesset: esset verum. Secunda pars patet. puta q; non sufficit. nam volitio Jacob secundum ~~dictamen~~ & Occham non erat mala: sed merebatur per illam ~~dictamen~~ illa erat difformis dictamini quod si inuisset: fuisset verum / ergo non sufficit ad malitiam moralem q; actus sit difformis dictamini quod si inesset / esset verum. prima pars patet. puta q; nec illud requiratur. Nam aliqua volitio que elicitur contra dictamen erroneum est mala moraliter. patet. sortes dicit q; mentendum est / & nichilominus nult mentiri. talis volitio est mala: & tamen non est difformis alicui dictamini quod esset verum si inesset. ergo vt actus sit malus non requiritur q; sit difformis dictamini quod de facto esset verum si inesset. Ideo ad videndum quid requiritur & sufficiat ad malitiam moralem

Malitia op-  
posito mo-  
do se h; ad  
virtutem mo-  
ralem.

Propositio

Malitia ac-  
tus nō ē dif-  
formitas ad  
dictamē ve-  
rū actu exi-  
stens.



ponitur propositio trimembriis que talis est. Ut aliquis actus sit malus moraliter requiritur & sufficit qd sit difformis dictamini actu existenti. vel existenti credito vero. vel qd sit difformis dictamini quod si inesset/ esset verum & non haberetur ignorantia inuincibilis. & ista vltima pars ponitur propter casum de Jacob & de illo qui dat elemosinam diuiti quez credit pauperem. Et omnes malitie morales reducuntur ad aliud quod istorum trium membrorum. quia omnis malitia est difformitas actus libere elicit ad rectam rationem/ vel ad illam qd putatur recta/ vel ad aliquam que esset recta si inesset cuius non haberetur ignorantia inuincibilis opposita. [Mibi videtur qd sufficit ad malitiam moralem qd sit contra dictamen actu inexistentis vel qd si inesset esset verum si non esset ignorantia inuincibilis.] Querit Occham. iij. quolibeto. q. xv. vtrum illa conformitas & difformitas sit aliquid distinctum ab actibus conformibus vel difformibus/ vel an sit ipsemet actus conformis vel difformis. Quantum ad illam conformitatem apud Scotuz & reales illa conformitas est respectus sed p nunc dico qd conformitas nichil aliud est qd actus conformis quia opposito dato ille actus posset libere elici: et non esse bonus. patet. deus non necessitatur ad coagendum productioni illius respectus. difficultas est de difformitate. vnde sco. in. ij. d. xxxvi ponit. iij. per ordinem. primum qd malitia non est priuatio boni nature. vnde bonum nature non est aliud qd habitus naturalis ad bonum. Direrunt aliqui qd omne malum aliquid adimit de illa habilitate ad bonum. contra quos arguit Sco. & precipua eius ratio est ista. secundum peccatum potest esse eque graue cum primo/ ergo auferat tantam quantitatem de bono nature sicut primum. & tunc per applicationem finitorum peccatorum totaliter auferretur illud bonum nature. quod est falsum. ergo malitia actus non est priuatio boni nature. Secundo dicit qd non est priuatio boni gratuiti: quia veniale habet malitiam: et tamen gratuita non priuat. Tertio dicit qd non est priuatio boni habitus oppositi producti. Ex oppositis actibus: quia cum actu peccati stat inter se habitus actuum oppositorum. Sed quarto dicitur qd malitia actus est priuatio rectitudinis debite in esse tali actui. patet omnis creatura est debitor deo qd actus suos eliciat conformiter ad dictamen rectum. Et insequendo Occham conformitas est ipse actus conformis ideo ponitur prima propositio. Non quelibet malitia cuiuscunq; actus est priuatio rectitudinis debite inesse illi actui / vt malitia odij dei/ vel volitio furandi non est priuatio rectitudinis debite inesse illi actui. patet illi actui nulla potest esse rectitudo. Tum primo / dicit Occham qd rectitudo non est nisi actus rectus: & nulla rectitudo est apta nata inesse illi actui

Propositio trimembriis

Quid requiratur & sufficiat ad malitiam moralem.

Additio.

Quid sit conformitas actus.

Bona natura di. xxxv.

Quid malitia actus.

Prima propositio

## De bonitate et malitia actuum.

Secunda ppō.

Tertia ppō

Quid omis-  
sio.

Additio.

ergo malitia nō est carentia rectitudinis debite inesse actui.  
Tum secundo . et est apparentius argumentum occham.  
Est impossibile q̄ volitioni furandi vel odij dei insit rectitu-  
do : cum sit actus intrinsece vitiosus . ergo nullus obliga-  
tur ad bandam rectitudinem illi actui . consequentia pa-  
tet . cum nullus obligetur ad impossibile . igitur . ¶ Secū-  
da propositio . malitia actus seu difformitas : non est pri-  
uatio rectitudinis debite inesse voluntati vniuersaliter . pa-  
tet . possibile est q̄ fortes velit furari pro tempore pro quo nō  
obligatur ad nolitionem contrariam : certum est q̄ non obli-  
gor pro omni tempore diligere platonē . signetur tēpus quo  
non obligor : et in illo illum odiam . quo facto malitia odij non  
est puatio rectitudinis p̄ tūc debite inesse voluntati : patet . si  
malitia istius act⁹ sit puatio rectitudinis debite inesse volū-  
tati maxime eēt puatio rectitudinis amoris platonis s̄z ta-  
lis rectitudo non est pro nunc debita : q̄ non teneor p̄ nunc  
ad amandū platonē : ergo . Secūdo . si malitia cuiuscūq̄ act⁹  
esset puatio : sequeretur q̄ malitia illius peccati trāsgressiōis  
esset precise omisio et sic non foret peius trāsgridi et omitte-  
re simul q̄ solum omittere . patet si malitia sit solum illa pu-  
uatio . ergo non foret peius et c . quod est fasum . ergo non cu-  
iuslibet actus mali malitia est puatio rectitudinis debite  
inesse voluntati . Tertia ppō aliquādo malitia est puatio recti-  
tudinis p̄ tūc debite . patet tū p̄mo . cuiuslibet omisiois malitia  
est puatio rectitudinis p̄ tunc debite : q̄ omisio est puatio  
actus recti . Tū sc̄o . stat aliquē actū esse malū nō p̄pter po-  
sitionem male circumstantie : sed dūtaxat propter defectum  
bone circumstantie . vt fortes pro aliquo tempore non solum  
tenetur subuenire pauperi sed etiaz propter deum . Ideo si  
subueniat etiam non propter malum finem solum omitten-  
do circumstantiam bonam . s . propter deum talis actus ē mā-  
lus / et malitia illius est puatio rectitudinis pro tunc debite  
in esse actui vel volūta p̄ . Ideo dicit Occham tria . primum  
q̄ non semper malitia actus est puatio rectitudinis debite  
inesse actui . secundum : non semper est puatio rectitudinis  
debite inesse voluntati . tertium . aliquādo est puatio recti-  
tudinis debite inesse actui vel voluntati . [ Ingeniosissime i-  
pugnat Occham Scotum in hac materia : sed videtur q̄ nō  
sufficiunt ponderationes posite quia stante conscientia di-  
ctante q̄ est mentiendum iocose et posita nolitione qua nolo  
mentiri iocose talis actus est malus et tamen ibi non est ca-  
rentia rectitudinis debite inesse actui vel voluntati : et eodem  
modo de odio platonis in casu libri . p̄pterea aliquid est ad-  
dendum scilicet vel positio malitie debite non inesse . ]

De multiplici bonitate et malitia actuum. Ca. xiiij.

**Q**uonsequenter videndum est de multiplicitate bonitate et malitia actus. Unde communiter doc. in secundo dicunt triplicem esse bonitatem actus. pma est ex genere siue ex obiecto. et nichil aliud est nisi actus qui fertur super obiectum conueniens secundum rectam rationem. per oppositum dicitur malus ex genere: quando. s. fertur super obiectum disconueniens secundum rectam rationem. Exemplum primi. vt velle dare elemosinam indigenti talis volitio que fertur precise super tale obiectum est actus bonus ex genere. Exemplum secundi. vt velle detinere rem alienam inuito domino talis volitio fertur super obiectum disconueniens recte rationi: vocatur malus ex genere.

*Triplex est bonitas.*

Alia est bonitas ex circumstantiis et est actus circumstantiatus omnibus circumstantiis: secundum dictamen recte rationis sibi conuenientibus vel debitis. vt velle subuenire pauperi propter deum: et quia recta ratio dicitur esse subueniendum et talis est perfecta bonitas moralis. Sed malitia ex circumstantia est duplex. quedam contraria: altera vero priuatiua. Unde apud Sco. actus dicitur malus ex circumstantia contrarie: quia. s. habet malam circumstantiam. vt velle dare elemosinam pauperi propter vanam gloriam. Sed actus dicitur malus ex circumstantia priuatiue: quando habet defectum bone circumstantie quam debet habere. vt habendo precise hanc volitionem volo subuenire pauperi non referendo in deum pro tempore quo teneor referre: tali actui deficit vna circumstantia. s. finis. Tertium bonum dicitur meritorium: et est actus acceptatus a deo ad vitam eternam. Per oppositum malus demeritorium est actus de acceptatus vel ordinatus ad penam eternam vel temporalem. Circa hanc materiam quoruntur due difficultates. prima. An quilibet bonitas pure moralis hoc est que non est meritoria a qualibet meritoria specie differat. Secunda: an detur actus medius inter bonum morale et malum morale: non est difficile quin detur actus medius inter bonum meritorium et malum demeritorium. vt actus bonus factus in mortalium statu ad primum ponuntur due opiniones probabiles. Secunda tamen probabilior. prima est

*Bonitas ex circumstantiis.*

*Actus malus ex circumstantia.*

*Malum demeritorium.*

Dio. xvij. di. i. et climenton in prima sua quest. q. quilibet bonitas moralis a qualibet meritoria specie differat. patet. quilibet bonitas meritoria est a principio differente ab illo a quo est pure moralis: ergo. patet antecedens. Quilibet meritoria a charitate procedit effectiue. nulla pure moralis a charitate procedit effectiue: quia si procederet a charitate esset meritoria et non pure moralis. ergo. et habet Dionysius pro inconuenienti q. meritorium et non meritorium sint eiusdem speciei. Adam prima di. primi tenet oppositum propter quatuor rationes. prima. actus castitatis ex charitate elicitur est

*De bonitate moralis et meritoria*

## De bonitate et malitia actuum.

eiusdem speciei specialissime cum actu castitatis qui est solus  
moralis. patet. actus procedens cum habitu et sine habitu est  
eiusdem speciei. ergo actus preueniens habitum et sequens  
erunt eiusdem speciei. ergo actus procedens ex charitate et  
qui procedit sine charitate sunt eiusdem speciei specialissime.  
Secunda ratio fortissima: sit aliquis in charitate eliciens actum  
castitatis bonum merito et moraliter. talis actus iteratus  
generat habitum. tunc habitu genito peccet / perdit charita-  
tem et talis habitus genitus manet / et ex tali habitu emanen-  
te potest operari. et non potest operari ex habitu nisi eliciat  
actum eiusdem speciei tunc / quibus produceretur. ergo ex-  
tra gratiam potest elicere actus eiusdem speciei specialissi-  
me. et illi erunt solum morales. ergo bonitas moralis et me-  
ritoria erunt eiusdem speciei specialissime. Tertia ratio adhuc ap-  
parentior. Sortes extra gratiam elicit actus castitatis bo-  
nos morales habitum signentes. tunc habitu acquisito sor-  
tes acquirat gratiam. tunc potest elicere actus eiusdem spe-  
ciei cum precedentibus illis: et erunt meritorij. igitur. Antece-  
dens patet. omnes cause que prius erant ad productionem  
actuum precedentium adhuc nunc sunt et quando cunq; sunt  
eodem cause precise: ex eisdem potest produci idem effectus qui  
prius vel saltem consimilis in specie. et iste due rationes sunt  
fortiores inter ceteras. Sed iste rationes possunt solui ab ad-  
uersario. Ideo ad primam rationem cum arguitur / actus p-  
cedens ex habitu et sine habitu elicitus a potentia est eiusdem  
rationis. distinguo vel de habitu infuso et sic nego. vel de ac-  
quisitis. et sic est verum. Ad secundum. dico quod remanet ha-  
bitus gratia perdita quantum adesse habitus: sed non quantum ad  
idem exercitium sicut erat prius: quia est vna causa partia-  
lis que concurrebat ad effectum cum habitu puta charitas  
et cetera. Ad tertium cum sic arguitur: sortes cum acquisiuit gratiam  
omnes cause que prius erant adhuc sunt: concedo. ergo pos-  
sunt producere eundem effectum. nego consequentiam: quia  
non sole sunt sed est alia causa. Ideo sequitur diuersitas effe-  
ctus verumtamen opinio adeo elicitur probabilior: videlicet quod vniuer-  
saliter non quilibet bonitas pure moralis a qualibet meri-  
toria semper differt. ¶ Quantum ad aliud dubium an inter bonita-  
tem moralem et malitiam moralem sit actus indifferens. i. quod sit actus non bo-  
nus / nec malus moraliter. Pro solutione notandum quod hoc du-  
pliciter potest intelligi. vno modo quod sit aliquis actus delibe-  
ratus / vel indeliberatus indifferens. alio modo quod sit aliquis  
actus deliberatus formaliter: puta qui sequitur iudicium in ra-  
tionis vel deliberatus virtualiter. i. quando deberet esse iu-  
dicium rationis et non est. ¶ Iterum notandum secundum  
Tho. q. xvij. prime secunde dupliciter intelligitur quod sit actus  
indifferens. Uno modo quod sit singularis in suo esse. Alio mo-

De actibus  
indifferens.

De bonitate et malitia actuum Fo. xxxiij

do q̄ sit indifferens secundum speciem: id ex obiecto (quia actus voluntatis secundum eum capiunt speciem ab obiecto) et adhuc dupliciter intelligitur q̄ sit indifferens secundum speciem: vno modo q̄ a tota specie debeat ei q̄ sit indifferens / et tunc ista consequentia esset bona / est indifferens secundum speciem ergo quilibet actus in illa specie est indifferens. alio modo q̄ sit indifferens sc̄m speciem: id est q̄ ex obiecto non debeat ei q̄ sit bonus / vel malus: quia obiectum in se consideratum non habet conformitatem nec difformitatem ad dictamen recte rationis. et isto modo datur actus indifferens. vt velle leuare testucam / fricare barbas. sed tota difficultas est an detur aliquis actus singularis indifferens. i. qui nec sit bonus / nec malus moraliter. et hoc de actu deliberato. quia de indeliberato non est questio / cum non sit bonus neq̄ malus: neq̄ est difficultas de indifferenti actu inter bonum meritorium / et malum demeritorium / cuius talis detur. questio est ergo / an sit aliquis actus singularis deliberatus indifferens inter bonum et malum morale. ponuntur due opiniones. prima est Sancti Tho. quam imitatur Grego. in. ij. et in p̄ma distin. p̄ma. Qd̄ nullus est actus indifferens deliberatus inter bonum et malum morale: probatur. quocunq̄ actu capto deliberato: vel est conformis dictamini recte rationis vel non. si primum / ergo est actus bonus si secundum: ergo est actus malus. ergo non est dabilis actus indifferens malus. Alia ratio Greg. quam facit in secundo. Quocunq̄ actu capto deliberato: vel habet omnes circumstantias requisitas ad bonitatem vel aliqua deficit. Si primum est bonus. Si secundum: est malus. nam sicut bonum ex integra causa consistit: ita malum ex defectu cuiuscunq̄ circumstantie. Tertia ratio. capto quocunq̄ actu vel fertur in materiam debitam. vel indebitam. si secundum: nō est indifferens: sed malus ex genere. si primum: vel ergo fertur in illam materiam licitam propter se ultimatē. vel propter aliud. si primum. i. propter se ultimatē et ista materia est quid creatum ergo est ratio creature: ergo est actus malus. si secundum: id est propter aliud: vel propter aliquid aliud quod est bonum scilicet bonum finem vel non. si primum: ergo erit bonus: quia habet obiectum bonum: et refertur in finem bonum. Si secundum: id est in malum finem / ergo est actus malus: ergo non est dabilis actus indifferens inter bonum et malum moraliter. Et ad hoc corroborandum citat Sanctus Thom. auctoritatem Grego. in quadam homelia. Ociosum verbum est quod utilitate rectitudinis aut ratione iuste necessitatis / aut pie utilitatis caret: sed verbum ociosum est malum / quia de eo sunt homines ratio =

De bonitate et malitia actuum.

nem redditori in die iudicii. ut dicitur. Mat. xxij. Si autem non caret ratione iuste necessitatis. aut pie utilitatis est bonum aut malum: pari ergo ratione et quilibet alius actus vel est bonus: vel malus: nullus ergo individualis actus est indifferens. Ideo si in verbis non datur verbum indifferens: nec in alio quo alio actu. [Alia est opinio Occham prima distinctione primi: questione prima. et Bonaventura in secundo. xli. distinctione. quod datur actus indifferens inter bonum et malum. et pro ista opinione sit talis ratio / supponendo quod homo non tenetur pro omni tempore diligere deum cum sit preceptum affirmativum. sit ergo tempus in quo fortes non tenentur diligere deum: et pro tali velit elemosinam dare pauperi: et habeat iudicium rectum quod danda est elemosina indigenti hoc supposito arguitur sic. hec volitio non est mala / nec bona: ergo datur actus singularis deliberatus: qui non est bonus neque malus. primo non est mala transgressiva: quia non fertur in obiectum prohibitum: nec habet circumstantiam malam prohibitam. Igitur non est mala transgressiva. nec est mala omissiva. quod patet. quia non est carentia alicuius debiti pro tunc inesse / quia per suppositionem non obligatur tunc fortes ad amorem dei vel ad actum referibilem: ergo talis actus non est malus malitia omissionis. [hic potest dici licet absolute non obligetur fortes pro tunc diligere deum tamen obligatur ex conditione si eliciat actum referibilem tenetur referre per illud apostoli omnia in gloriam dei facite.] forte dicitur quod sufficit relatio habitualis etc. actus natus est referri. igitur est bonus. Contra. vel per referri habitualiter intelligis esse ex habitu referendi scilicet ex habitu dilectionis dei. ut videtur dicere Grego. in secundo dist. xxxviii. vel intelligis aptitudinaliter: id est aptum natum referri. non primum: quia nunquam habitus causat immediate actum differentem specie ab illis ex quibus genitus est: sed possibile quod nunquam habuerit habitum dilectionis dei. igitur. non secundum: puta quod habitualiter referri. id est aptitudinaliter natus sit actum est ex se referri: quia ille actus est eque natus referri: quia in vanam gloriam sicut in deum: ergo eadem ratio dicenda quod erit malus propter aptitudinaliter referibilitatem eadem ratio dicenda quod erit malus propter aptitudinaliter referibilitatem in malum finem. Item multum apparenter arguitur / quod sit dabilis actus medius inter bonum et malum moraliter. dicit. S. Bonaventura. Si actus ordinatus in bonum finem cadat super materiam debitam est bonus Si autem non ordinatur / et hoc provenit propter inordinatam conversionem ad creaturam: est malus transgressiva: vel est propter negligentiam operantis qui tunc tenetur referre et non refert: et sic est malus omissiva. vel hoc est propter fragilitatem: et sic est actus medius. Ideo dicit quodcumque actus cadit super materiam debitam / et non elicitur pro-

opinio. oha

Additio.

pter aliquem finem est indifferens. in primis non est bonus quia ad bonitatem non sufficit habitualis relatio. similiter non est malus: quia cadit super materiam debitam: et non caret circumstantia quam pro tunc debeat habere. igitur. [hec ratio est apparens et mihi dicendum videtur consequenter ad bona venturam quod ista volitio volo leuare festucam. propter deum est actus indifferens.] Et ad argumenta partis aduersae: cum arguitur. vel est conformis dictamini et c. Dico quod est conformis dictamini recto. ergo est virtuosus / nego consequentiam: quia non sufficit quod sit conformis dictamini recto quando illud non dictat vniuersaliter de omnibus circumstantiis requisitis ad bonitatem moralem: non enim tale dictamen dicitur de fine quod requiritur. Ad secundum dico quod aliqua circumstantia deficit. nec cuiuscumque circumstantie requisite defectus sufficit ad malitiam. Contra ergo actus factus per ignorantiam inuincibilem non esset bonus: sed malus. patet / circumstantia aliqua deficit. Dico quod ignorantia inuincibilis excusat a toto: quia illa excludit vnam circumstantiam requisitam ad quam eliciens actum: pro tunc non tenetur. ideo si pro tunc non obligetur ad illam quae requiritur ad bonitatem tunc defectus illius non causat malitiam. Ad tertium cum inferatur. ergo est fructio / nego consequentiam. quia ad frui requiritur quod feratur in obiectum tanquam in vltimum finem et summum bonum. Ad auctoritatem. Greg. in homelia. dicit Bonaventura. quod caret rectitudine quando homo obligatur sibi dare tunc: sed non caret quando pro tunc non tenetur: alias auctoritates / puta omnia in gloriam dei referte et c. exponit Bonaventura loco preallegato. vide si vis. Ex dictis apparet quod opinio ponens actum medium inter bonum et malum morale est probabilior.

Additio.

Ignorantia inuincibilis excusat a toto.

De voluntate an possit sine gratia bene moraliter agere.

Capi xv.

**C**onsequenter requiritur. vtrum voluntas sine gratia possit bene moraliter agere. pro solutione respondeo quod hoc dupliciter potest intelligi. Uno modo quod possit bene agere: sine illo habitu supernaturaliter infuso quo efficiuntur formaliter grati deo. Alio modo quod possunt sine gratia bene moraliter agere hoc est sine gratia gratis data. i. siue iuuamine dei gratuito siue sit habitus infusus vel aliqua cognitio a deo immissa vel exhortatio / vel specialis modus agendi. De primo sensu videlicet vtrum sine gratia gratum faciente possunt bene moraliter agere. Aliqui doct. dixerunt quod non vt eliphat. prima dist. de fruitione immo dicit quod quilibet actio facta extra gratiam est peccatum. Etiam fuit opinio brauardini. vt ait Dionysius. in secundo. Alij tenent conclusionem oppositam quod vides

An voluntas sine gratia possit bene moraliter agere

## De voluntate.

licet aliquis de lege sine gratia gratū faciēte potest bene moraliter agere. Patet. supponendo primo q̄ de lege anteq̄ q̄ resurgat a peccato requiritur dispositio sua in ipso peccatore. ista suppositio ab omnibus cōceditur vt habet Scotus dist. xiiij. quarti sententiarum. 2 fundatur etiā in sacris scriptis: quia nisi hoc esset verū esset difficile saluare q̄ deus non esset acceptator personarū: quia nō videtur ratio quare dat gratiam vni 2 non alteri: nisi quia vnus se disponit ad illā aliter vero non. Secūda suppositio est q̄ illa dispositio sufficiens ad gratiam non est solum non ponere peccatū siue pure negatiue se habere respectu peccati: quia alias dormiens q̄ peccauit qui nullum actum habet esset dispositus ad illam sufficienter: quia non actu peccat sed est actum posituum habere. ¶ Hoc supposito. patet q̄ quis sine gratia potest bene moraliter agere. quia quis potest resurgere ad gratiā de lege. ergo potest habere quandam dispositionem requisitam ad gratiam. illa dispositio vocetur a. Tunc quero vtrum a sit actus bonus vel malus. si secundum: ergo non est dispositio ad gratiam immo indispositio. quia peccatum indisponit. si vero. a. sit bonus actus: ergo ppositum puta q̄ quis potest bene moraliter agere sine gratia. ¶ Secundo probatur eadem conclusio. aliquis extra gratiam potest mereri p̄m̄ium temporale / 2 non p̄ actum malum neq̄ indifferentē: ergo extra gratiā potest bene moraliter agere. patet añs / exodi primo de obstetricibus egyptiorū quibus dominus iussit edificari domos p̄pterea quia meruerūt aliquod temporale / saluādo pueros iudeorum. Un̄ dicit Greg. eo q̄ erant in pctō meruerunt solum tpale / 2 tamen meruissent eternum si non fuissent in pctō. Tunc arguitur sic. meruerūt apud deum p̄m̄ium temporale: ergo sine grā potest mereri apud deum p̄m̄ium temporale. 2 per p̄m̄ia bene moraliter agere extra gratiā sed illud bene agere nō est meritorium vite eterne. patet ad Corin. xiiij. si omnes facerent in cibos pauperum distribuero / charitatem autē non habuerunt nichil michi p̄dest. hoc est ad vitam eternam. Utrum tale bonū opus extra charitatem factū / possit esse satisfactorium p̄ pena peccatis debita. dicit s. tho. q̄ non est meritorium apud deum remissionis cuiuscūq̄ pene. Aliter dicit Sco. 2 meo iudicio p̄babilius q̄ talia opera extra charitatē facta possunt esse satisfactoria p̄ pena temporali peccato debita. patet. quia per talia opera possumus mereri aliquid tēporale / vt p̄batum est. 2 illa pena est solum aliquid tēporale / ergo. ¶ Alia questio. Utrum sine gratia gratum faciēte possit homo quodlibet pctm̄ vitare. hāc q̄st. bene tractat Durandus in. ij. 2 dicit q̄ quedam sunt peccata: quia contraria legi nature naturaliter nobis insite / 2 de talibus dicit q̄ sic naz bene sequitur / aliquis actum virtutis si

Aliis sine gratia potest bene moraliter agere.

Aliis extra gratia potest mereri p̄m̄ium temporale.

Duplicia sunt peccata.



ne gratia potest elicere scilicet omnem virtutem moralem et politicam: ergo quodcumque vitium oppositum tali virtuti sine gratia potest vitare. ut fortis existens in peccato vitium intemperantie sine gratia subueniente potest vitare / et similiter quodcumque peccatum oppositum actibus preceptorum que sunt legis pure nature. **A**lia sunt peccata: que non sunt opposita virtutibus moralibus: nec sunt contraria preceptis legis pure naturalis. sed alicuius legis supernaturalis nobis a christo tradite: ut non suscipere eucharistiam / vel suscipere indigne: non suscipere baptismum / vel suscipere indigne etc. hoc supposito dicit Durandus contra sanctum Bonaventuram: quod datur aliquod peccatum quod homo non potest vitare sine gratia gratum faciente. ut patet de peccatis oppositis preceptis legis euangelice. ut gratia exempli pro tempore quo fortis tenet suscipere eucharistiam. bene sequitur pro tempore a. fortis tenetur suscipere eucharistiam / vel suscipit / vel non. si secundum peccat. si primum. vel facit sufficientem dispositionem de qua est preceptum: probet autem seipsum homo. vel non disponit se sufficienter. Si primum: ergo est in gratia / quia omnis sufficientis dispositio cum displicentia peccatorum / ponit hominem in gratia. Si secundum: ergo peccat suscipiendo / quod probat Durandus apparenter multum. Omnis libera ommissio alicuius circumstantie requisite actui facit actum vitiosum: sed ommissio sufficientis dispositionis est libera et est circumstantia requisita ad suscipiendum digne illud sacramentum. ergo talis facit actum vitiosum: ergo illa susceptio est vitiosa. Confirmatur si excusaret talis insufficienter dispositus maxime esset per credulitatem qua erronee credit se fecisse indaginem sufficientem. sed nullus error excusat nisi sit inuincibilis: et faciendo id ad quod tenetur talis vinceret talem errorem. scilicet credulitatem se fecisse sufficientem indaginem: ergo. **R**esolutio igitur est quod ista opinio videtur inter ceteras probabilior videlicet quod homo sine gratia gratum faciente potest bene moraliter agere: licet non merito. et non indigne est quod potest satisfacere extra illam pro pena peccati debita. pena inquam temporalis. Item potest quodlibet peccatum vitare oppositum legi nature naturaliter nobis insite.

Libera ommissio circumstantie requisite facit actum vitiosum.

Resolutio.

**¶** An sine auxilio dei speciali possumus bene moraliter agere.

Cap. xvj.

**A** Idendum est quantum ad secundum membrum distinctionis supraposite. Utrum sine gratia gratis data siue sine auxilio gratuito / siue sine auxilio speciali possumus bene moraliter agere

## De actione morali

Deus dupl'r  
dī coagere  
specialiter.

Pro declaratione notandum q' deus dicitur dupliciter coagere specialiter alicui creature. primo modo quando deus concurrat cum creatura ad faciendum: seu pducendum effectum in solūm pducit a tali creatura. Aliomodo qñ facit ipsam creaturam esse causam alicui' effectus: cuius alias nō posset esse causa. primo mō dupliciter adhuc intelligit. Uno modo. qz coagit ad effectum maiorem pducendum q̄ sit illa causa nata pducere / vt si sol' esset solūm aptus natus pducere lumen vt octo. 2 deus coageret illi ad pducendū vt duodecim. Aliomodo quia licet non coagat deus ad maiorem effectum pducendum q̄ sit illa causa nata pducere: coagit tamen ad ipsum producendum in tempore breuiori q̄ posset illa causa producere. vt sit ignis potens producere caliditatem vt octo sed non potest nisi in hora producere: si deus faciat q' producat in media hora / tunc specialiter coagit ad illam producendam. Secundo modo deus dicitur pncipaliter alicui cause coagere quādo illam causam facit eē causam alicuius effectus cuius nō est sufficiens causa cū concursu generali. Et de isto membro est questio an voluntas ex sua virtute naturali sit impotens ad producendum actū bonum: q' producat hoc est qz specialiter deus coagens / facit illam esse causam illius effectus. De ista questione sunt due opiniones communes. vna est. Greg. in secundo dist. xxvii. q' voluntas ex se est impotens ad producendū actum bonum: 2 etiam si producat hoc est propter deum specialiter concurrentem facientem q' talis sit causa. probat auctoritatibus 2 rationibus. primo supponēdo duo primū q' fideles nō absq' causa rogāt deum: vt prestat eis auxilium ad vitandū peccata: 2 ad actus bonos eliciendos. Secundo / supponit q' aliter indigemus auxilio dei ad bene q̄ ad male operandū (nā notum est cui libet / q' non potest ab ipsa voluntate quecūq' operatio produci quin deus partialiter cōcurrat / siue bona / siue mala fuerit) alias nō essent ita equaliter attribuenda deo: sicut bona opera. non essent agende deo gratie propter bonas operationes nisi aliter cōcurrat deus ad bonas q̄ ad malas. 2 frustra rogarem' deum vt prestaret adiutoriū ad operationes bonas. Patet / si ex mea natura 2 potestate sum potēs ad pducendum bonam operationem: ergo non indigeo iuuamine extrinseco: ergo frustra rogare deum 2c. Secundo patet qz deus non aliter concurreret ad actiones bonas q̄ ad malas si solo concursu generali concurrat ad bonā. hāc deducit Grego. contra pelagianū volens dicere q' oppositum fuit error pelagū. Contra hanc opinionem fit argumentū difficile: bene sequitur eadē actio que nunc est bona potest esse mala: ergo actio bona potest produci a voluntate sine auxilio speciali dei ex sola potentia

opinio gre //

Argumentū  
ad pbādū q'  
nō sit ponē-  
dū auxiliū  
speciale.

voluntatis cū cognitione. Patet antecedens. volitio quā habeo de re licita pōt fieri mala: puta si proueniat prohibitio. tunc bene sequitur / hec volitio aliquādo erit mala: ergo tūc ad eam pducendā non requiritur cōcursus specialis dei: sed solum generalis sufficit: et non est difficilius nūc eam pducere q̄ tunc: ergo eedē cause q̄ sufficiebant nunc sufficiūt p quo cūq̄ tempore / eedē in q̄ non augmentate: nec diminute: et eodē modo applicate semper q̄ diu remaneat sunt sufficientes: ergo si voluntas ex cōcursu sui cum concursu generali pro tempore quo volitio erit mala sit sufficiens ad producēdum illam volitionem: eedem cause eodē modo se habentes erunt sufficientes ad illā producendam. et si producant erit bona. igitur. Dicitur cōmuniter ad hoc argumentum: q̄ illa volitio erit alterius speciei: q̄ aliter cōcurrit deus ad ipsam quādo est bona: et quando est mala. et ex tali concursu infertur distinctio specifica actus / Contra. bene sequitur de cōcursu specialiter: et est in sua potestate non concurrere. Ponatur q̄ nō cōcurrat specialiter. tunc sic: pro tempore crastino potero cum cōcursu generali elicere talem volitionem: ergo nunc possum elicere volitionem eiusdem speciei supposito q̄ nunc deus cōcurrat specialiter. ista volitio nunc est bona: q̄ conformis dictamini recto cadēs super obiectum conueniens et ppter bonū finem. ergo nunc ista est bona moraliter: et ad eam nō cōcurrit specialiter: sed generaliter. ergo propositum. Alio modo arguitur sic. Socrates qui iam habet ignorantiam inuincibilē de berta q̄ sit sua: habet istud dictamen hec est a me cognoscenda: et illud est verum. ideo volitio conformis illi erit bona moraliter. Tūc arguitur sic. est possibile successe tempore q̄ illud dictamen erroneum inuincibile efficiatur vincibile: tunc illud erit falsum: hec est a me cognoscenda: et illa volitio continuata efficitur de bona mala propter illud dictamen: tunc pro tempore quo efficitur mala ex solo concursu voluntatis pducitur: ergo pro isto tempore quo tale iudiciū est verum propter errorē inuincibilem supposito q̄ non concurrat specialiter ex concursu voluntatis et dictamine elicet talem volitionem quando efficitur dictamen falsum: ergo sine speciali concursu potest bene moraliter agere. Ex doctrina Greg. potest facile respōderi ad hoc argumentum nam apud eum sunt aliqui actus necessario boni sicut dilectio dei super omnia / que est necessario bona operatio. et illud dictamen diligendus est deus a me super omnia / est necessario verum. Tunc diceret cōsequēter q̄ ad illud dictamen necessario bonū vt elicatur necessari⁹ est specialis concursus: Dicit iterū q̄ ad hoc q̄ alii actus contingēter boni sint boni: requiritur q̄ actualiter vel habitualiter imperentur a dilectione dei que necessario est bona: et ad ta-

## De bonitate & malitia habituum.

les actus contingenter bonos quibus non requiratur concursus specialis immediatus: requiruntur tamen mediatus: quia requiruntur dilectio dei ad quam concurrunt immediate specialiter. Alii ut Sco. tenent oppositum quod ad bene agendum moraliter sufficit concursus dei generalis: et non requiruntur specialis. Et hoc non fuit error pelagii dicentis: quod natura erat sufficiens ad omnes actus bonos: sed quod non ponebat charitatem necessario requisitam ad merendum.

De bonitate & malitia habituum.

In qua potentia sit ponendus habitus.

**D**e bonitate & malitia habituum in generali. Cap. xvii  
Ostenditur determinatum est de bonitate & malitia actuum. Consequenter agendum est de bonitate & malitia habituum. Et primo in generali queritur in qua potentia sit ponendus habitus. an indifferenter in omni: vel in aliqua / & aliqua non. quod non sit ponendus habitus in qualibet potentia notum est. quod in lapide ex frequenti descensu deorsum non causatur habitus. Similiter dicendum de aliis agentibus pure naturalibus. Restat ergo concedere quod in aliqua sit ponendus & in aliqua non. sed quare potius in una quam in alia. Dicit aliqui docto. quando aliqua potentia est ita determinata quod non potest in contrarium: illa potentia non est ponendus habitus. Sed quando potentia est indifferens ad duo opposita / quod potest in unum / & in aliud: in illa est ponendus habitus. Exemplum primi. Lapis est potentia determinata ex se solum ad motum deorsum. & si moueatur sursum: hoc est ab alia potentia. ideo in lapide ex frequenti motu deorsum non causatur habitus. Exemplum secundi. ut voluntas potest velle & nolle: & propterea ex frequenti elicitatione volitionum causatur habitus in ipsa inclinans illam ad consimilia velle eliciteda illis ex quibus genitur est. Similiter dicendum de nolle. s. Tho. dicit quod non est ponendus habitus dilectionis dei acquisitus: quia voluntas est ita determinata ad dilectionem dei: quod non potest in oppositum secundum eum. ideo non causatur habitus inclinans ad dilectionem dei: & de deo clare viso est sermo. Contra sequitur quod intellectus ex frequentibus assensibus primorum principiorum non causatur habitus illorum: sed hoc est falsum. consequentia patet. intellectus est ita determinatus ad assentiendum primis principis per se notis: quod non potest illis dissentire / nec assentire contradictorijs eorum: ergo non ponetur habitus in intellectu respectu primorum principiorum: sed hoc est falsum. quod patet. Aristoteles inter habitus ponit habitum qui vocatur intellectus inclinans ad assensum primorum principiorum. Item post frequentationem assensuum circa prima principia homo percipit se magis promptum ad assentiendum illis & fortius assentit quam prius. Propter hoc argumentum quod habet apparentiam: videtur

De bonitate et malitia habitus. Fo. xxxviij.

quod respectu primorum principiorum per se notorum non ponatur habitus in intellectu. Unde dicit Scotus in secundo. sicut non ponitur habitus causatus ex noticijs intuitivis: similiter noticijs apprehensivis primorum principiorum per se notorum positus non est in potestate intellectus quin assentiat illis. ergo non est ponendus habitus in intellectu inclinans ad assentiendum primis principijs. Et ad Aristotelem dicitur quod intellectus habitus inclinatur ad assensum principiorum non primorum quod non sunt per se nota: sed nota per experientiam: vel aliunde: et non ex terminis. Ideo respondetur conclusivè: et probabiliter. ¶ Quando potentia est ita determinata quod potest in istud et non potest in oppositum: et positus omnibus necessario requisitis necessario coagit: tunc in tali potentia non est ponendus habitus. Sed quando potentia est indifferens ad duo opposita: vel quia non sit indifferens ad duo opposita est tamen ita indifferens quod omnibus necessario requisitis ad productionem illius non necessario coagit: tunc in tali potentia est ponendus habitus. Exempli primi: ut respectu temperantie ponetur habitus. Exemplum secundi: ut respectu felicitatis. nam nullus potest nolle felicitatem: nec velle summam miseriam. Secundum communioem opinionem voluntas est ita determinata ad unum quod non potest in contrarium: sed tamen omnibus necessario requisitis ad productionem felicitatis: voluntas non necessario coagit immo potest suspendere actum suum. Ideo in ordine ad felicitatem debet poni habitus inclinans etc. sed intellectus est ita determinatus ad assentiendum primis principijs: quod omnibus necessario requisitis positus: puta simplici apprehensione etc. non potest quin assentiat. igitur respectu illorum non ponitur habitus. [Melius est dicere utrobique quando aliqua potentia sic se habet quod per assuefactionem facilius exit in oppositum quam sine assuefactione utrobique in illa potentia ponendus est habitus quare respectu primorum principiorum ponendus est habitus. In bruto et in appetitu sensitivo patet illud. nam non ponitur habitum nisi per hoc quod facilius potentia exit in actum: ergo ubicumque hoc reperitur debemus ponere habitum et in nullo alio.] ¶ Notandum quod non reperiuntur potentie in quibus ponantur habitus immediate: nisi intellectus et voluntas. quia iste potentie ad aliqua non sic determinantur: quin possint in opposita. nam dato quod voluntas ad aliquid sic determinetur: tamen in libertate sua est ponere vel non ponere illud. Similiter in assensu conclusionis: et respectu fidei non sic est. quoniam intellectus non necessario determinatur assentire conclusioni quin possit per argumentum sophisticum ei dissentire: nec determinatur ad habendam fidem: quin possit per rationem probabilem habere opinionem: et ideo non ponitur habitus immediate nisi in intellectu et voluntate.

Additio

## De bonitate et malicia habituum

Prima ppō  
Nō quilibet  
act⁹ pducit  
habitū.

Secūda ppō.

Maxima.

De noticia  
intuitiva an  
possit causa  
re iudiciū.

¶ Consequenter videndū est quomodo causatur ista bonitas habitualis/ an a quolibet actu causetur. Rñdetur p ppositiones. Prima non quilibet actus cū elicitur seu conseruatur causat aliquid de habitu. Probatur. capio vnum intēperatū qui elicit actus temperantie. Jam iste actus non causat habitū temperantie. Probatur. quia non pōt esse habit⁹ temperantie simul cum habitu opposito: scz intemperantie. immo oportet q primo alius habitus corrūpatur: sed ille nō illico corrumpitur. igitur. ¶ Secunda ppositio. Omnis act⁹ reperiens subiectū neutrū. i. non magis inclinātū ad hoc q̄ ad illud in qd potest pducī talis habitus: et non habituatur ad hoc nec ad oppositū causat aliquid habitus. Probatur. quācūq; aliquod agens est sufficiens ad producendū aliquē effectum medietas illius agentis sufficiet producere medietatem illius effectus. Igitur si actus multū intensus sufficit causare habitū sequitur q̄ medietas illius actus. i. actus i duplo minus intensus sufficit causare habitū in duplo remissior. et adhuc per maximā predictam actus adhuc in duplo minor sufficit: et adhuc in duplo minor: et sic i infinitū. ¶ Probatur secundo. Quādo cūq; sunt duo eiusdē speciei specialissime agentia pure naturalia solum differentia penes magis et minus/ si intensum potest in aliquem effectum: minus intēsum potest in similem effectū: licet etiam min⁹ intēsum. vt calor potens producere calorem in manū: in duplo remissior calor potest pducere remissiorē calorem in manū. z adhuc remissior calor hoc poterit: et breuiter non est dabilis calor quin possit aliquid caloris in manū pducere. et hoc vt suppono seclusa resistantia. ¶ Et sic concludit q̄ oīs actus potest producere aliquid habitus. sed illud non vocatur habitus cū deficiat conotatio: scz q̄ sit de difficili mobilis a subiecto. sed vocatur dispositio: scz quando actus est ita remissus q̄ non valet habitum permanentem pducere: sed solum aliquid remissius eiusdē tamē rōnis cū habitu. ¶ Contra istā maximā instatur ad Occham q̄ p̄to quolibeto de noticia intuitiva q̄ causata a pp̄inquo z nō a remoto sufficit cāre iudiciū q̄ sortes sit hō: z th̄ ip̄a causata a pp̄inquo nō differt a se causata a remoto nisi penes intensum et remissum. igitur. Respondetur apud Occham in p̄logo sententiarum questione prima. q̄ noticia intuitiva sortis cū sola specie visibili non est sufficiens causare iudiciū affirmatiuum immo potius iudiciū negatiuum quo scilicet iudicatur/ q̄ sortes non est. vt si a solo deo conseruaretur sorte non presente: quia ad hoc q̄ possit cum specie visibili causare iudiciū affirmatiuum requiritur obiectum presens quod concurrat cum eis ad causandum illud iudiciū affirmatiuum. Secundo supponitur z est notum in philosophia q̄ agens naturale aliquando est po-

De bonitate et malicia habituum. Fo. xxxix.

tens solum a propinquo producere vnum effectum: et non a remotis: et tamen a remotis est natum et potens causare alium effectum vt lumen solum a propinquis potest producere calorem: et tamen a remotis potest producere lucem. sic de obiecto dicitur q/a/ propinquis solum potest producere/ et concurrere ad iudicium affirmatiuum puta q/ si sortes: et a remotis potest producere noticiam intuitiuam sui. Dico igitur q/ non prouenit ratione noticie intuitive q/ a propinquis causetur illud iudicium affirmatiuum et non a remotis: sed hoc solum prouenit ab obiecto. et hoc ideo: quia obiectum est talis nature. seu quia obiectum est obiectum. nam illa noticia intuitiva factum est de se est nata concurrere cum obiecto ad illud iudicium causandum siue a remotis siue a propinquis siue intensa siue remissa. Unde dico q/ si illa noticia intuitiva remissa q/ causatur ab obiecto remoto maneret omnino eque remissa obiecto tamen appropinquato causaret cum obiecto iudicium affirmatiuum q/ sortes est/ licet illud iudicium etiam esset minus intensum/ et valde remissum. Aliud argumentum contra illam maximam scz q/ omnis actus quantuncumq/ remissus causat aliquid habitus in subiecto indifferens. sequeretur q/ ab aliquo habitu causaretur aliquid actus: et idem habitus causaretur ab eodem actu causante habitum: et sic idem esset prius et posterius seipso/ et causaret suam causam/ quo nichil est impossibile. igitur. Patet antecedens. capio sortem qui nullum habitum habet temperantie: nec intemperantie: et incipiat actum elicere temperantie partibiliter qui in fine hore erit intensus vt octo. tunc sic in fine hore habitus productus ab illo actu: et sit/ b/ et ille actus sit/ a/ tunc/ a/ producit/ b/ et/ a/ producit ab ipso/ b/ patet. et diuido vtriusq/ per partes proportionales maioribus terminatis versus instans presens initiatum. tunc prima pars. a/ producit primam partem/ b/ et prima pars b/ producit secundam partem/ a. Patet: quia precedit ea/ et est nata producere consimile actum a quo producta est. igitur. et ultra. secunda pars/ a/ producit secundam partem/ b/ et secunda pars/ b/ producit tertiam/ a/ et sic in infinitum. igitur. ¶ Respondeo negando sequela. et concedo q/ a/ producit totum/ b/ et negatur q/ a/ producat a/ b/. Et ad probationem: aliqua pars/ a/ producat a/ b/ concedo. et aliqua pars/ b/ producat a/ b/ et sic consequenter. igitur/ a/ producat a/ b/ negatur consequentia. Et sit prima propositio. Cuiuslibet partis actus/ a/ aliqua producit ab habitu/ b/ siue ab aliqua parte habitus/ b/ et tamen est aliqua pars actus/ a/ que non producat ab habitu/ b/ scilicet prima medietas que non producat a/ b/ prima pars probatur. quia quacumq/ parte data illa habet duas medietates quarum secundam precedit

Prima ppō

## De corruptione habitus

aliqua pars habitus/b/ que concurrebat ad producendum illam secundam partem et secunda pars probatur: quia prima medietas secundum cuiuslibet sui aliquid precessit quolibet partem b/z totū b/ igitur. Secunda propositio. Quilibet pars/a/ producit aliquid/b/ et tamen multe producunt a/b/ et hoc non inconuenire respectu diuersarū partium. nā nunq̄ eadem pars producitur ab illa parte quam producit: sed secundum diuersas partes actus/a/ producit/b. z eōtr a

**S**ed est impossibile et implicat q̄ vna pars a adequata actus/a/ producat vnam partem a adequatam habitus/b/ z q̄ illa producat illaz partem actus/a/ a qua est producta illa pars habitus/b/ nam sicut implicat q̄ aliquid sit prius et posterius tempore seipso ita et natura.

### De corruptione habitus.

Capitulum. xviii.



Actum est q̄ non semper quilibet actus producit aliquid de habitu: quando est in subiecto resistente habitus contrarij. Secundo dictū est: quando in subiecto non est habitus contrarij: quilibet actus est sufficiens ad producendū aliquid eiusdem speciei cum habitu. Unde si magnus actus suffi-

ciat producere actum intensum quilibet eiusdem speciei differens solū penes intensum z remissum ab illo/ ppter remissionem erit sufficiens producere habitum licet remissum. Nunc vero agendum est de corruptione habitus. Utrū videlicet corrumpatur habitus solum per actus cōtrarios actibus ad quos inclinatur. Arguitur q̄ nō/ qz si sic. apud ponentes habitum circa prima principia per se nota/ ille habitus esset incorruptibilis: qz non potest haberi actus contrarij: hoc est dissensus circa prima principia vel assensus contradictorijs.

**S**imiliter habitus genitus ex actibus quibus appetimus beatitudinem/ non est corruptibilis. quia non potest haberi actus cōtrarij: cū nemo pōt nolle beatitudinē vel velle miseriam. ergo ille habitus est incorruptibilis. **P**reterea aliqui habitus corrumpuntur per solam cessationem sine positione actuum priorum. Patet experientia docet si aliquis alicuius resolutionis habitum ex multis actibus adquisuerit/ si illi tempore perseveret sine actu ad quem inclinatur talis habitus illi obliuiscetur. & erit corruptus: & nō per contrarios actus & corrumpitur habitus per cessationem ab actu/ z nō solum per actus contrarios. **I**n oppositū arguitur: habitus remanet sine actu ad quem inclinatur etiā in esse intenso per aliquod tempus ergo si nō superveniat alia causa q̄ cessatio ab actu: talis habitus manebit in perpetuum. Patet. iste habitus in isto tempore nō diminuitur. & iste habitus in isto tempore habet omnes causas conservantes/ z nō deficit aliqua requisita ad conservationem: s; in quocumque magno tempore cesset dummodo non ponatur actus contrarij remanent eedem cause conservantes. & si habitus corrumpatur solum corrumpatur per contrarios actus.

Seca ppō.

De corruptione habitus



¶ Pro solutione notandum in communi philosophia q̄ ali-  
 quē effectum corrumpi nō contingit nisi tripliciter. 2 adhuc  
 duo illorum modorum corruptibilitatis sunt per accidens:  
 2 alius est per se. Primo corrumpit̄ aliquis effectus per cor-  
 ruptionem subiecti: 2 isto modo corrumpuntur sensationes  
 existētes in brutis que sunt immediate in anima sensitiva q̄  
 post mortem bruti nullomodo remanent: immo omnino cor-  
 rumpuntur: talis corruptio sensationū est per corruptionem  
 subiecti: 2 per accidēs. Secūdo modo corrumpitur accidens  
 per accidēs nō per causam contrariā: sed solum per defectū  
 cause cōseruantis. vt per absentiam corporis luminosi cor-  
 rumpitur lumen. Similiter noticia intuitiva corrumpitur p̄  
 accidēs sc̄z per absentiam obiecti. Alio modo corrumpitur  
 effectus per se: scilicet ad positionē cause contrarie 2 hoc vir-  
 tualiter vel formaliter. Virtualiter videlicet quādo potest p̄-  
 ducere effectum contrarium. Unde actus temperantie non  
 est contrarius formaliter habitui intemperantie: q̄ se compa-  
 tiuntur in eodem subiecto: sed solum virtualiter: sicut aqua  
 contrariatur virtualiter caliditati: q̄ potest p̄ducere frigi-  
 ditatem q̄ cōtrariatur caliditati. ¶ Hoc supposito videndū  
 est de corruptione habitus. 2 hoc loquendo de habitibus in  
 anima intellectiva: q̄ nō est difficultas de habitib⁹ in anima  
 sensitiva cum corrumpuntur ad corruptionem eius cum sit  
 corruptibilis: sed solū loquimur de habitibus in subiecto in-  
 corruptibili per naturā: vt est anima intellectiva: 2 similiter  
 loquimur de habitibus acquisitis 2 non infusis qui corrup-  
 puntur per cessationem cōseruantis sc̄z dei p̄pter nostrum  
 demeritum. Si ergo habitus acquisitus naturaliter nō cor-  
 rumpitur per corruptionem subiecti: q̄ est in subiecto in-  
 corruptibili: quomodo ergo corrūpitur. oportet ergo q̄ vel per  
 cessationem ab actu: vel per positionem actū contrariū  
 actibus ex quibus genitus est. Sanct⁹ Tho. p̄ma sc̄de. q. liij.  
 dicit q̄ habitus nō possunt corrumpi per se: sed solū p̄ accidēs  
 puta per cessationē inquantū ex illa cessatione ponit̄ actus  
 cōtrari⁹ cessatio permittit ad actum cōtrariū quā nō p̄mitte-  
 ret non cessatio. nec corrūpuntur ad desitionem cōseruan-  
 tis: q̄ non dependēt a cōseruante nisi in p̄duci 2 non incon-  
 seruari. Dicit. s. Tho. ibidem: 2 cōsequenter Occhā in quar-  
 to questione. xij. q̄ habitus quicunq̄ existēs in intellectu nō  
 potest corrumpi nisi per positionem actuum contrariū:  
 vel per decisionem alicuius necessario requisiti ad cōser-  
 uandum illum. Et ad argumēta: sequitur q̄ ille habitus cir-  
 ca prima principia esset incorruptibilis. concedo: et hoc su-  
 stinendo q̄ intellectus nō potest dissentire p̄mis p̄ncipijs.  
 Similiter habitus qui causatur ex volitione qua desidero  
 beatitudinem quia non possum nolle q̄uis possum cessare.

Effectū cor-  
 rūpi nō con-  
 tigit nisi tri-  
 pliciter.

Mod⁹ cor-  
 ruptionis ha-  
 bit⁹ i subie-  
 ctioe incor-  
 ruptibili.

## De corruptione habitus.

Oeccham tamen tenet oppositum in fine tertiū: sed scdm opi-  
nionem communē ille habitus est incorruptibilis per naturam  
qui causatur ex actibus volendi beatitudinez: & ex actibus  
nolendi miseriaz. sed de habitu scientie: aliquis ē diu habitus  
circa aliquam conclusionē/ si diu cesset ab actu non poterit  
elicere actum: & non est corruptibilis per actus contrarios.  
oportet ergo per solam cessationem ab actu. ¶ Respondet  
Oeccham in quarto questione predicta in solutione primi dubij  
dicens. vel corrumpitur habitus: quia deus: p cessationem diu-  
turnam actuum desinit cōseruare. vel corrumpitur quia in  
corpore sunt aliquę qualitates producte ab actibus illis que  
per alterationem corrumpuntur que necessario requirunt  
ad conseruationem habitus pro quanto ille qualitates intē-  
se redunt ad hoc q̄ sensus cois defectū hēat suos actus: & ad  
defitionē specierū sensituarū in pte interiori ppter alterationē il-  
larū. ¶ Dico tertio q̄ ille idē hitus manet. Cōtra. post diutur-  
naz cessationē nō pōt recordari illius conclusionis. Verū est  
et non nisi ppter defectum illius habitus. nego: immo pro-  
pter alicuius cause que necessario requiritur cum intellectu  
et habitu ad exeundum in actum. & illa causa est aliqua qua-  
litas corporalis ex: ensa in phantasmate que corrumpitur:  
et ad defitionem specierū sensituarum in parte interiori p-  
pter alterationem. Ideo non est excessatione ab actu: sed ex  
corruptione alicuius corporalis vt dictum est. [Qualitates  
corporee non sunt requisite ad conseruationem habituum  
in anima. Patet de anima separata que potest acquirere h-  
bitus: sed habitus p hoc statu non potest exire in suū actum  
nisi mediante corpore quod alteratur crebriter ad cuius al-  
terationem impeditur actiuitas habitus/ sicut anima in  
hoc corpore non potest videre indiuisibilia secus est de ani-  
ma separata. Hieronymus in plogo biblie ait. Discamus in  
terris quorum scientia remanet in celo. Nota q̄ si caro ma-  
neat in alterata hōto erit ita facile in actum in senectute  
sicut in iuuentute. sicut dicitur Aristo. primo de anima/ si se-  
nex haberet oculum iuuenis &c. in patria non erit alteratio  
ergo semper potest homo exire in actum/ pōt tamen homo  
supplere hanc corporis alterationē p actū frequentationē  
sicut senex instrumentū supplet. s. visum ocularib⁹/ licet ani-  
ma & habitus maneant & sint cause naturales/ non potest ta-  
men exire in actum defectu instrumenti. Patet/ quando cul-  
ter fit obtusus & manet eadem manus & cultellus. ] ¶ Et ista  
est resolutio communior & pbabilior: videlicet q̄ nunq̄ corrup-  
pitur habitus acquisitus naturaliter nisi per corruptionē sub-  
iecti vel per corruptionē conseruantis. vel per actus contra-  
rios actibus ad quos inclinat ille habitus: quia sunt pducti-  
ui habitus contrarij. Ex quo sequitur q̄ diuiditur habitus per

Additio.

actus contrarios. vnde sicut ignis applicatus frigido primo corrumpit vnam partem: et sic consequenter, et quācito est corruptum illud totum frigus/incipit producere calorem partialiter: eodem modo fortes habituatus in habitu temperantie elicit actum intemperantie: si sit intensus corrumpit aliquid de illo habitu et postea illo corrupto totaliter producere incipiet partialiter aliquid de habitu intemperantie. et hoc tenendo quod qualitates contrarie nullo modo se patiuntur in quibuscumque gradibus: et sic dicendum est de quibuscumque agentibus naturalibus. vbi ergo non possunt elici actus contrarii: tunc talis habitus non est corruptibilis per naturam. Et dicit sanctus Thomas quando actus non habent actus contrarios vt actus primorum principiorum habitus illorum non possunt corrumpi a contrariis. [Non videtur michi hec opinio probabilior immo melius est dicere quod per solam cessationem ab actu habitus potest corrumpi. Et tripliciter effectus potest se habere ad causam. Uno modo quod simpliciter dependeat inesse a preservatione cause post. Alio modo quod nullo modo dependeat a preservatione cause post productionem. Tertio modo quod medio modo se habeat scilicet quod sit per notabile tempus non preseruetur naturaliter corrumpitur. Exemplum primi vt lumen. exemplum secundi vt albedo. exemplum tertii vt habitus. et tunc patet quod habitus non habentes actus contrarios possunt corrumpi. facile tamen potest sustineri quod ex actu primi principii non generatur habitus.]

Additio.

De cōtrarietate habitū.

Cap. xiv.

**A**onsequenter dicendum est de cōtrarietate habituum. Unde apud modernos vt Occham in tertio questione octava cōmuniter ponitur ista propositio. Quandocumque sunt duo habitus et actus ad quos inclinant sunt incompatibiles seu contrarii tales habitus erunt contrarii. et breuiter non potest cognosci contrarietas habituum seu incompatibilitas nisi penes incompatibilitatem vel contrarietatem actuum ad quos inclinant. Exemplum actus temperantie: et intemperantie sunt incompatibiles et contrarii adinuicem. Similiter et habitus inclinentes ad illos actus. Similiter assensus fidei et assensus euidentis circa eandem conclusionem sunt incompatibiles: ita et illi habitus ad istos actus inclinantes. ideo incompatibilitas et contrarietas habituum est attendenda ex incompatibilitate et contrarietate actuum ad quos inclinant. Patet aliqui habitus sunt contrarii: alias staret aliquis esse simul temperatum et intemperatum. et non potest attendi illa incompatibilitas habituum nisi penes incompatibilitatem actuum temperantie. et actus intemperantie. igitur. Consequenter dicitur quod aliquis vnus actus est incompatibilis duobus actibus simul cuius habitus est compatibilis duobus habitibus ille cui duorum actuum. Ideo quis non sit concedendum quod aliqui duo ha-

Propositio.

De compatibilitate actuum et habituum

## De corruptione habitus.

bitus sint adinucem compatibles quorum actus sunt inco-  
possibiles: nichilominus est concedendum quod aliquis actus est  
incompatibilis duobus simul actibus iunctis: et tamen ha-  
bitus illius actus est compatibilis duobus illis habitibus si-  
mul iunctis illorum duorum actu quibus actus illius habitus  
erat incompatibilis. ut dissensus conclusionis est incompati-  
bilis assensibus duorum / quorum primo assensio antecede-  
ti / et secundo assensio bonitati consequentie / illa duo non stant  
cum dissensu conclusionis: quia qui assentit maiori minoris bo-  
nitati consequentie de necessitate assentit conclusioni nisi obex-  
fuerit. et tamen habitus qui causatur ex dissensu conclusionis co-  
patitur illos duos habitus. Patet minor / sit scilicet qui dissenti-  
at frequenter alicui conclusioni: tunc acquirit habitum. volo quod fre-  
quenter advertat circa bonitatem consequentie: et non circa  
antecedens. iam causatur habitus circa bonitatem consequen-  
tie / postea advertat frequenter circa antecedens et non cir-  
ca bonitatem consequentie / tunc assentit antecedenti et ex illo assensu fre-  
quenter advertat circa bonitatem consequentie: tunc talis habebit tres habitus sepa-  
biles quorum actus unius puta dissensus est incompatibilis  
cum duobus actibus alterorum duorum habituum. ergo pro-  
positum / potest quia negare quod assentiet antecedenti et dice-  
re quod tanta est habituum utrobique repugnantia sicut actuum et  
difficile est oppositum ostendere. ] Contra predicta argui-  
tur probando quod sint compatibles duo habitus se compatibles pro-  
ducti a duobus actibus incompatibilibus inter se. Capiam habitum  
opinatiuum / a / propositionis: et scilicet eliciat circa / a / propo-  
sitionem assensum fidei vel assensum scientificum. tunc sic.  
postquam elicit actum primum non est adhuc corruptus habitus  
opinatus et est productum aliquid de habitu scientifico vel fi-  
dei si sit assensus fidei. ergo in ipso est habitus incompatibi-  
lis cum habitu opinatiuo. minor patet: quia deinceps repe-  
riet se magis habitatum ad assentiendum quam prius. Distin-  
guo ut dicit Oeccham in tertio questione octava. vel quod repe-  
riet se magis habitatum positivum: hoc est minus habilita-  
tum ad contrarium et sic proceditur: quia est productum aliquid de ha-  
bitu habitante ad contrarium. vel quod reperiet se magis habili-  
tatum positivum: et sic negatur. Dicit enim sicut est in formis ma-  
terialibus ita in istis. nam si ignis debeat producere calorem  
in aquam: oportet quod primo corrumpat totum frigus. deinde  
incipit producere calorem. Similiter iste assensus primo cor-  
rumpit habitum contrarium / deinde incipit producere ha-  
bitum contrarium positivum. Aliud argumentum apparen-  
tius. sum habitatus circa / a / propositionem habitu opi-  
natiuo. habeam notitiam intuitivam que sufficit imme-  
diate causare assensum certum et evidentem de / a / propo-  
sitione. tunc cum erit obiectum absens ad quam terminatur

Aditio.

illa notitia intuitiva. & formando / a / propositionem assentiaz firmiter / illa apprehensio abstractiva cum potentia non sufficit causare assensum firmum: quia esset per se nota. ergo preter illam apprehensionem et potentiam est aliquid in intellectu concurrens & non videtur nisi quod sit habitus: & sic ille habitus erit compatibilis habitui opinativo. ¶ Respondet. cum propositione assensu opinativo obiciatur obiectum cum notitia intuitiva. sufficeret causare assensum evidentem illi propositionis. tunc sic. si post istum primum assensum remoueat obiectum & presentetur talis propositio: assentiet firmiter. Dico quod post talem primum assensum si solum presentetur talis propositio cum notitia apprehensiva sine notitia intuitiva et sine motivo non poterit assentire neque evidenter neque firmiter.

## De coefficientia habitus

## Cap. xx.



Am videndum est de coefficientia habitus. Utrum videlicet habitus coefficientiam habeat cum potentia ad actum producendum: ita quod partialiter attingant ipsum actum. et pro nunc loquimur de habitibus acquisitis / quia postea de infusis erit sermo. Et sit prima propositio. Quilibet habitus existens in aliqua potentia partialiter procedit cum illa potentia ad similem effectum producendum in specie ex qua est generatus. Patet

Prima propositio.

unica ratione. alius habitus procedit partialiter. quod & quilibet: quod non videtur maior ratio de vno quam de alio. Patet autem. illud quo procedit partialiter ad illum effectum non posset effectus poni procedit partialiter ad illum effectum si sit extrinsecum: quia si esset intrinsecum procederet in genere cause vel materialis vel formalis. unde est maxima et per nichil aliud potest ostendi quod aliquid procedat ad aliquid ponendum siue producendum: nisi quia posita illo de necessitate ponitur aliud et remoto illo remouetur aliud: sed habitus est huiusmodi in ordine ad actum suum saltem sustinendo quod illud quod manet in absentia obiecti est habitus. si talis qualitas que manet obiecto alias intuito non esset: & omnia cetera manerent non est possibile / quod producat distincta notitia abstractiva illi obiecti: quod alias potuisset produci abstractiva antequam obiectum fuisset intuitum: ergo habitu remoto aliis remanentibus non potest actu produci. Et ista ratio est evidens quod habitus procedat in genere cause efficientis. ut dicit Oeccham. iij. quolibeto. xx. & xxj. q. Dicit preterea quod aliquando requiritur habitus ut effectus producat. aliquando non ut producat simpliciter talis effectus: sed ut producat intentionem: ut in actibus voluntatis: et in notitiis abstractivis.

Maxima.

## De coefficientia habitus

Opinio Durandi de concursu habitus

**C**ontrarium huius opinionis tenet Durandus in tertio distid. xxiii. quest. ii. q. habitus non concurrit effectiue ad actus producendos. Et prima eius ratio talis est: illud quod per se ipsum facit ad intentionem alicuius actus potest etiam per se producere talem actum quous remissum si non ponatur obstaculum. sed sic est quod habitus non est per se sufficiens ad producendum actum quia requiritur quod potentia concurrat: ergo non est per se sufficiens ad intendendum actum. Maior patet: cum intentio actus non fit nisi per additionem partis eiusdem speciei cum toto actu. ergo si non poneretur obex maioris resistentie quam passum sit actiuitatis: et non poneretur obex / habitus solus produceret actum: quod est inconueniens. **C** Ad istam rationem dicitur quod dupliciter intelligitur quod omne illud quod est per se sufficiens ad intendendum actum sit per se sufficiens ad producendum actum. Uno modo quod ad intendendum effectum illud per se soluz concurrat actiue. et isto modo / quod est per se sufficiens ad intendendum est per se sufficiens ad producendum similem in specie. Alio modo quod sit per se sufficiens ipso solo superaddito cause precedenti fit intensior etiam causa precedente concurrente. et sic nego quod omne illud quod est per se sufficiens ad intendendum isto modo sit per se sufficiens ad producendum. Unde non est imaginandum quod vna pars actus producat a sola potentia: et alia pars a solo habitu / immo totus actus producit a potentia. sed non totaliter: et totus actus producit ab habitu: sed non taliter / et ipsa potentia secluso adiutorio non produceret ita intensum. **C** Altera ratio Durandi est. Capio sortem qui assentiat alicui propositioni ex sola ratione topica / ex illo generatur habitus / si postea assentiat illi propositioni ex illa sola ratione non assentiet clarius quam uis sit habitus: et antea non erat. ergo habitus non conuenit effectiue ad producendum actum. **C** Cum arguitur. non assentiet clarius. dico si intelligis clarius. i. euidentius. concedo. vel clarius. i. firmitus vel saltem minus formidolose: et sic nego. immo dico quod ex illa ratione topica et habitu producit opinio minus formidolosa. similiter per assensus demonstrationis etiam causatus ex habitu erit intensior: et sic euidentior. **C** Contra. si habitus producat actum: ergo sequitur quod effectus concurrat partialiter ad producendum suam causam patet / actus causat habitum et econtra. Dicit occham ubi supra quod primus actus non causatur ab habitu sed ab aliis causis. quod patet. quia primus actus est causa efficiens: habitus: ergo non causatur ab eo: quia idem numero non potest esse causa et effectus respectu eiusdem. Sed primus actus qui causatur in potentia apprehensiuus in absentia obiecti causatur ab habitu. ideo non omnis actus causatur ab habitu. **C** Contra. i. causis efficiens essentialibus non est circulus: sed actus

de causatione actum  
ex primis quibus non  
causantur ab abmbris  
sed ab aliis causis. s. m.  
benexabilem in cep  
torem: —

est causa efficiens habitus. ergo habitus non est causa actus.  
 Respondetur quod in causis essentialibus potest esse circulus: Quod in cau-  
 tum ad speciem: sed non quantum ad idem numero. nunc autem sis essentia=  
 unus actus est causa habitus: scilicet primus: qui sine eo non po- lib<sup>9</sup> pot<sup>9</sup> esse  
 test esse habitus naturaliter et postea habitus est causa non circulus.  
 illius actus sed alterius et ille actus bene augmentabit illum  
 habitum. ¶ Sed contra probatur quod habitus ille sit causa eius-  
 dem actus numero. quia actus primus generans habitum  
 potest continuari cum habitu: et tunc habitus ille generat  
 conseruabit illum actum. ¶ Respondetur quod non est incon-  
 ueniens quod effectus sit conseruatiuus sine cause efficientis in  
 eodem subiecto: et ita est in proposito quod habitus generat<sup>9</sup> ex  
 actu primo melius conseruat illum actum quam posset conserua-  
 ri sine illo habitu. Difficultas. dictum est quod habitus concur-  
 rit ad actum produendum. Utrum habitus cum potentia se-  
 cluso altero sint cause sufficientes ad productionem actus. hoc  
 est antequam sim habitus ad produendum actum. scientifici  
 aliquid requiritur ultra potentiam / scilicet demonstratio. utrum  
 habitu in me generato iste habitus cum potentia sine demon-  
 stratione. i. sine illa causa sint sufficientes ad produendum actus  
 scientificos. Et appetit quod non. habitus causatus ex assensibus  
 causatis per notitiam intuitiuam sine notitia intuitiua cum  
 potentia non sufficiunt ad causandum similes actus / ut ex  
 assensibus frequentatis quod fortes est / generatis ex notitia in-  
 tuitiua causatur hitus / ex illo hitu et potentia non possunt exire  
 in istum actum quod fortes est sine notitia intuitiua: quia si pos-  
 sum ex sola abstractiua cum potentia: sequitur quod ista fortes  
 est esset per se nota: quia ad propositionis per se note assensuum  
 sufficiunt notitie intuitiue vel abstractiue terminorum. ergo  
 habitus cum potentia seclusa alia causa non sunt cause suf-  
 ficientes ad produendum actum. ¶ In oppositum arguit. habitus uti-  
 dicit Arist. quod habitibus utimur cum volumus. ergo habitus mur cum volu-  
 causatus ex assensibus demonstrationis cum potentia suffi- mus.  
 ciet ad causandum habitum scientificum sine demonstratio-  
 ne. pro solutione ponitur propositio. nunquam habitus intellectus  
 concurrat ad actum illum produendum nisi voluntate partiali-  
 ter concurrente vel aliquibus causis naturalibus partiali-  
 ter concurrentibus que intellectum necessitent ad illum  
 actum etiam secluso habitu. patet ista propositio. Si habitus  
 sine concursu voluntatis et sine concursu causarum necessi-  
 tantium posset concurrere ad actum intellectus: ergo ille ha-  
 bitus cum intellectu essent cause sufficientes ad producen-  
 dum actum / et sunt pure naturales: ergo quando simul iun-  
 guntur ille actus producit. patet causis pure naturalibus  
 positis sufficientibus: de necessitate sequitur effectus. et sic ha-  
 bitus necessario semper esset in actu intelligendi: quod est fal-  
 s. iij.

## De concursu habituum ad actus.

sum. unde habitus in notitijs abstractiuis non potest exire in notitiam abstractiuam: nisi per concursum voluntatis necessitetur intellectus ad exeundum in illam abstractiuam. Eodem modo oportet de necessitate confiteri quod ad actum scientificum non potest potentia cum habitu exire: nisi per imperium voluntatis / vel per demonstrationem necessitantem intellectum. Ideo habitus cum intellectu habens habitum scientificum alicuius conclusionis potest sine demonstratione per imperium voluntatis exire in actum habitus: et hoc apparet verum. Nam habens habitum fidei sine motu per imperium voluntatis potest exire in actum habitus illius. Contra. non potest habitus per notitiam intuitiuam exire in actum quod fortis sit sine noticia intuitiua. ergo non potest habitus in demonstratione exire in actum per imperium voluntatis sine demonstratione. Dico quod non est simile. nam aliud est loqui de necessarijs: et de contingentibus. non possum habere notitiam contingentis eiusdem nisi obiectum sit presens: sed non requiritur in necessarijs notitia intuitiua: et ad notitiam eiusdem sufficiunt tria.

## De concursu habituum ad actus.

Cap. xxi.

Dupliciter  
habetur concurre  
re ad actum.



Estat nunc videre ad quos actus concurrat habitus. utrum habitus solum concurrat ad actum eiusdem speciei: cum illis ex quibus genitus est vel utrum aliquando concurrat ad actus differentes specie ab illis quibus est genitus. Primo notandum. ut dicit Oecham in tertio. quod dupliciter habitus concurrat ad actum. Uno modo immediate / hoc est dictum concurrat ad actum taliter quod non concurrat per prius ad alterum effectum quam ad illum. Alio modo mediate. hoc est immediate concurrat ad alterum actum et iste alter concurrat ad istum secundum. ideo habitus concurrat mediate ad illum / ut habitus principiorum concurrat ad habitum conclusionis: et immediate ad actum siue assensum principiorum: et assensus principiorum immediate ad assensum conclusionis: sic mediate habitus premissarum concurrat ad habitum conclusionis ubi tam actus premissarum quam actus conclusionis mediat. pari forma habitus finis concurrat ad actum medium mediate: et immediate ad actum finis. Hoc supposito ponit talis propositio communis apud doctores. quod habitus nisi concurrat immediate nisi ad actus eiusdem speciei cum illis ex quibus genitus est: sed mediate bene concurrat ad actus differentes specie: sicut dictum est de habitu principiorum et conclusionis qui differunt specie. Probatur propositio assumpta. nam habitus concurrat ad actum nisi sint intensius saltem intensius red-

Propositio .



**De concursu habituum ad actus** Fo. xliij.

dāt habitū intensiorē: sed actus differentes specie a pceden-  
tibus actibus non possunt pducere partem eiusdem speciei  
in habitu cum parte quā pcedentes produxerunt. naz si sint  
actus differentes specie habebūt effectus differentes specie  
ideo effectus adequatus productus ab istis erit alteri<sup>9</sup> spe-  
ciei ab effectu adequato producto ab alijs specie differen-  
tibus: quia nulla causa pure naturalis habet effectus ade-  
quatos differentes specie. ergo ppositum verum. [¶ Pro-  
batur aliter hec propositio ad oppositum: vnus habitus  
inclinat in actus alterius speciei ab actu a quo emerfit/seq-  
tur q̄ inclinabit in omnem actū. patet non est maior ratio q̄  
in vnum q̄ in alium/ ergo si in vnum potest etiā in alium po-  
terit.] Contra hoc arguitur ex communi resolutione docto-  
rum/ Amor alicui<sup>9</sup> obiecti causatus ex noticia intuitiua dif-  
fert spē ab amore causato ex noticia abstractiua. vnde dicit  
/ Sco. in quarto distinctiōe. xliij. q̄ fruitio beatifica differt spe-  
cie a fruitione vie: q̄ vna causatur mediante noticia intuiti-  
ua/ alia vero mediante noticia obscura. Similiter. sortes ex  
notitia intuitiua platonis dilexit eum. iam habet habitū acq̄-  
situm diligendi eum. sit plato absens: 2 habeat noticiam ab-  
stractiua. ipse sortes feruētius diligit q̄ si nūq̄ dilexisset. ergo  
habitus concurrat ad actum diligendi: 2 talis actus differt  
specie ab actibus diligēdi ex quibus talis habitus genit<sup>9</sup> est:  
ergo habitus concurrat ad actū differentem specie illis a q̄b<sup>9</sup>  
emerfit. Posset dici q̄ ille habitus nunq̄ inclināt ad dilectio-  
nem alterius speciei: vt ad suum actum nisi noticia intuitiua  
prens fuerit sed cū noticia intuitiua pducit<sup>r</sup> noticia abstracti-  
ua simul sed 3 Occhā in plogo pducit pōt actus voluntatis q̄  
habitu pducit in absentia. [¶ Preterea. sit sortes qui prius  
vidit platonem frequēter: 2 iudicabat platonem esse per illā  
noticiam intuitiuam. iam platone absente/ per illam abstra-  
ctiuam iudicabit euidenter platonem fuisse et ad istud iudi-  
cium non sufficiunt noticie abstractiue cum intellectu: ergo  
concurrat aliquid aliud: et non videtur quit sit illud preter  
habitu: ergo habitus concurrat ad illud iudicium quo iu-  
dicat platonem fuisse: et tale differt specie ab illo iudicio  
ex quo habitus est genitus: nam ista duo iudicia quibus iu-  
dico platonem esse et platonem fuisse specie differunt/ ergo  
habitus 2c. Et istud argumentum est multum apparens: et  
videtur concludere. Si dicas q̄ ad istud iudicium causan-  
dum plato fuit/ sufficit noticia abstractiua: tunc inferam q̄  
talis esset per se nota. quod est falsum: quia ad per se notam  
sufficiunt intuitiue vel abstractiue terminorum. certum est  
q̄ si sortes prius iudicauerat platonem esse quando videbat  
eum/ 2 iam aduertat: iudicat q̄ plato fuit immo iuramento  
affirmaret: 2 est ei euidenter notum/ ad istud iudiciū causan-

f. iij.

Additio.

Sco<sup>9</sup>

Occam.

## De concursu habituum ad actus.

dum non sufficiunt noticie abstractiue: qz tunc essent per se nota vt dictum est. ergo aliquid aliud concurrat: & non videtur nisi habitus. ergo habitus concurrat ad actus differetes specie ab illis ex quibus genitus est. Item dicit magister Martinus in prima questione de fortitudine conclusione septima qz habitus fortitudinis aggressiue vt habitus generatus ex frequentibus volitionibus volo fortiter aggredi inimicos immediate concurrat ad actum fortitudinis confusum puta ad istum actum/ agendum est fortiter. qui tamen differt specie a primo actu: qm secundus actus fertur super aliud obiectum qm primus actus/ ergo habitus aliquando concurrat ad actus differetes specie ab illis ex quibus genitus est. ¶ Unde apparet est: qz vbi habitus habet p partiali obiecto obiectum alterius actus ab illo a quo genitus est: qz concurrat immediate ad illos actus: qui quidem diuerse sunt speciei/ cuz diuersorum sint obiectorum. Similiter habitus mediorum & finis qui est vnicus: vt tenet Martinus conformiter ad Gregorium: concurrat immediate ad actus mediorum: & ad actus finis: & ad actus vtriusque simul: qui tamen omnes differunt specie adinuicem. ¶ Respondetur ad illud argumentum de sorte qz iudicat euidenter platonem fuisse quem frequenter intuitiue vidit. concedo totum qz ipse sic euidenter iudicat. & nego qz hoc sit ab habitu ibi derelicto: sed dico qz nisi recordetur se alias sortem esse: & se iudicasse sortem esse nunquam assentiet illi ppositioni/ sed ista ratio quam potest habere sufficit ad hoc scz recordatio qz alias vidit eum. Unde bene sequitur alias euidenter iudicauit sortem esse. ergo sortes tunc fuit. si iam recordor me alias iudicasse/ per istam rationem possum habere iudicium euidentis consequentis/ puta qz sortes fuit. ¶ Replicatur sic, quero a quo causatur iste assensus quo iudico me alias sortem vidisse vel ex solis notitiis apprehensiuis abstractiuis de iudicio preterito. vel causatur ab aliquo alio si primo: ergo illa erit michi per se nota. qz sufficiunt apprehensiuie abstractiue per te. & non habeo nisi noticias abstractiuis: qz tale iudicium non est: imo non habeo nisi abstractiuam illius iudicii preteriti. ergo oportet dicere qz iudicium causatur partialiter ex habitu derelicto & causato ex illis assensibus quibus iudicabam sortem esse euidenter: & isti actus differunt specie ab actibus precedentibus. Vel sic. & clarius. ergo oportet dicere qz illud iudicium quo nunc iudico sortem fuisse vel vidisse causatur ex habitu derelicto. sed ille est causatus ex actu alterius speciei: scz ex assensu causato a noticia intuitiua extremorum qz sit actus ad quem nunc concurrat. igitur habitus concurrat ad actus differetes specie ab illis ex quibus genitus est. Dico breuiter. qz argumentum non concludit contra modernos dicentes qz ppositio de presenti & de preterito differunt specie: & similiter

grego. arimj  
nensis:

**De concursu habituum ad actus.**

**Se. xlv.**

assensus earum differunt specie. Ubi tamen argumenta ista nullius essent difficultatis apud antiquos tenentes q̄ est idē iudicium p̄positionis de p̄senti / 2 de p̄terito / 2 q̄ ille p̄positio nes non differunt specie / Tunc diceretur q̄ causatur illud iudicium ab habitu derelicto. 2 q̄ illi duo assensus sunt eiusdē speciei / Unde tamen pro opinione modernorum concedē dum est q̄ aliquis habitus immediate concurrat ad act⁹ di uersarum specierū. 2 hoc non est inconueniens: quando illi duo actus habent idem obiectū totale: vt est in proposito. nam ille p̄positiones de p̄senti 2 de p̄terito sunt quodā modo eodem. 2 sunt idem obiectū: licet assensus sint diuersi specie / Et similiter soluitur p̄mū argumentum. quando for tes amatur ex noticia intuitiua que postea est abstractiua 2 idem obiectum totale secundū eandem rationem. q̄ ille due noticia sc̄ abstractiua 2 intuitiua sunt synonyme / licet diffe rant specie / Conceditur illatum: quando est penitus idē ob iectum sub eadem ratione: vt ibi sortes visus intuitiue: 2 ab stractiue semper est idem: 2 idem amores illi qui de eo habē tur suat eiusdem obiecti. licet sint iter se diuersi specie. 2 ideo non incōuenit q̄ idem habitus concurrat ad illos actus. Si militer nō inconuenit habitum cōcurrere ad actus differen tes specie: quando illi actus sunt obiectoꝝ que sunt partia lia obiecta habitus: vt visum est. Si autem non esset totale obiectum: vel vnum non includeretur in alio secundum ean dem rationem: vel est totale obiectum: secundū diuersas ra tiones. vt in amore 2 odio alicuius vnus habitus nunq̄ con currit partialiter ad act⁹ differētes specie. ¶ Est igit regula ḡnalis. Nūq̄ habit⁹ cōcurrat immediate ad act⁹ differētes spē nisi illi act⁹ sint de eodē obiecto: vel vni⁹ obiectū sit ptiale ob iectū obiecti habit⁹: v̄ obiecta vtriusq̄ sint ptialia obiecta habitus quoniā tunc non inconuenit. [Quid faciat bon⁹ ha bitus vide mantuanū in libro de paciētia 2 alludit ad ligur gum vide digitos agricolaz incuruatos. Itē ascensores do moꝝ itrepidus. Itē assuetos mane surger 2 sic d̄ similib⁹. In solutione argumentoz p̄supponitur noticia intuitiua 2 ab stractiua differre d̄. ¶ Quo grandis altercatio inter doctores quo modo differant. Imprimis Occhā dicit q̄ noticia intui tiua d̄ q̄ per eā iudicamus de re cognita q̄ sit q̄n est: 2 q̄ nō sit q̄n non est. Similiter illa inquit est noticia intuitiua q̄ si co gnoscat substantia 2 accidēs immediate scit si illd̄ inheret. vel nō si illd̄ distet vel nō: 2 a tali noticia semper inchoat experi mētū / Apparētia ist⁹ opinionis est q̄ de⁹ per eandē noticia intuitiua iudicat rē esse q̄n est 2 non eē q̄n nō est / Abstractiua vero est per quā nō possū iudicare de re cognita q̄ sit q̄n est / 2 q̄ nō sit q̄n nō est. similiter nec de aliqua veritate contingē t̄ 2 si per in istis nō dicit circūstantiaz cause formalis: sed effi

**Additio.**

*Intuitiua et abstra  
 tiua noticia / iudica  
 tur ab ipso deo quā  
 do est et quādo nō*

De cōcurſu habitūū ad actus.

cientis. Contra qđ arguitur argumento qđ videt̄ satis diffi-  
cile. Si forte corrupto deus cōſeruariet noticiam intuitiuam  
eius: apud hanc opinionē cauſaret in me iudiciū quo iudica-  
rē forte nō eſſe etiā naturaliter ergo forte pñte cauſabit idē  
iudiciū pñte tenet: qđ cā naturalis eodē paſſo applicato ſemp  
eundē effectū vel ſimilē in ſpē cauſat. forte dices qđ admodū  
dicit doctor in ſolutiōe ad ſextū di. p̄me. q. prolo. qđ noticia  
intuitiua cum intellectu ſunt cā ſufficiēs ad cauſandū iudiciū  
negatiuū nō aut affirmatiuū & ſic illis duobus ſic iunctis cau-  
ſant iudiciū affirmatiuū qđ ſunt maioris actiuitatis & impe-  
dit cauſalitas illarū duarū cauſarū ad iudiciū negatiuum. Ex  
quo inferitur qđ obiecto pñte cauſat iudiciū intensius affir-  
matiū qđ negatiuum obiecto abſente. Sed contra iſtud ar-  
guit̄ ſic. obiectū eſt ſolū finite actiuitatis ergo non pōt agere  
ex quātacūq; magna diſtātia: pñte eſt ſatis nota. Sit ita er-  
go qđ nō poſſit ex diſtātia centū leucarū & ponat̄ in tāta di-  
ſtātia & p̄ſeruet deus noticiā intuitiuā ei⁹ in intellectu: ſeq̄t̄  
qđ tunc intellect⁹ iudicabit illud obiectū nō eſſe & tñ eſt. ergo  
falſum eſt qđ ſp̄ obiecto exñte iudicet per illā illud obiectū &  
eſſe. Probat̄ qđ noticia intuitiua illa cū intellectu ſufficiunt  
cauſare illud iudiciū negatiuū & obiectū: tūc nō pōt agere cū  
illis ad iudiciū affirmatiuū. igitur p̄duceſt iudiciū negatiuū  
p̄ſerea ſit obiectū pñs de⁹ pōt ſuſpēdere actiuitatē illi⁹ agēt̄  
nō ſuſpēdēdo actiuitatē noticie intuitiue & intellect⁹ faciat ita  
tūc ſeq̄t̄ qđ cābit̄ iudiciū negatiuū qđ intellect⁹ iudicabit de illa  
re intuitiua & pñte qđ nō ſit. p̄ſerea noticia intuitiua cā iudiciū  
quo intellectus rē aliter ſe habere qđ ſe h̄z: vt puta quo iudi-  
cat baculū eē bipedalem qui nō eſt: ergo nō obſtat noticiā  
intuitiuā cauſare iudiciū quo intellectus iudicet rē eſſe qđ ſi  
non ſit. Propterea dicit andreas de caſtro nouo qđ duplici  
poſſumus habere noticiā de rebus ſenſibilib⁹. vna eſt p̄ quā  
apparet formaliter nobis vel virtualiter vel taliter ſe habere  
& ratioe claritatis talis noticie etiā ſi p̄ſeruet̄ obiecto cor-  
rupto naturalr̄ p̄ducitur iudiciū cōforme niſi impediatur ex  
imperio volūtatis aut ratioe corrigētē talē apparentiā ſiue  
iudicāte p̄trariū aſſenſum: vt de noticiā baculi p̄ media pte  
in aqua. & p̄ media pte in aere. Alia eſt noticia quā experi-  
mur in nobis p̄ quā nec formalr̄ nec virtualr̄ nec ex imperio  
volūtatis apparet nobis eſſe nec nō eſſe nec talr̄ ſe habere.  
Prima iam exigit pñtiā obiecti & d̄r intuitiua. Scđa hō nō exi-  
git pñtiā obiecti & d̄r abſtractiua. prima nō pōt intellectus  
cauſare i abſentia obiecti: ſcđa hō pōt ſub primo gñe cōtinet̄  
ois ſenſitiua exterior & nō ſola cū in intellectu ſit ponēda no-  
ticia intuitiua rez ſenſibiliū & ē inſenſibiliū puta n̄ra opatio-  
nū. Ex hac opinioe ſequit̄ correlariū qđ ſi de⁹ p̄ſeruariet noti-  
ciā intuitiuā obiecto corrupto illa cauſaret idē iudiciū quod  
nūc cauſat: puta iudiciū quo iudicaret rē illā eē. Sed q̄reret

Andreas de  
caſtro. no

De concursu habituum ad actus. Fo. xlvi.

aliq̄s an ne possit eē aliqua noticia intuitiua q̄ naturalr cau-  
saret iudiciū quo iudicaret̄ rē illā nō eē talē q̄ admodū est ali-  
qua qua iudicat̄ rē illā eē talē vltalē naturalr. Et breuiter pōt  
dici qd̄ sic r talē pōt de<sup>o</sup> causare: s; obiectū ad illā nō pōt acti-  
ue p̄currere. Verūt̄n solui possunt his nō obstantib<sup>9</sup> ratios q̄  
adducte sūt p̄tra guillermū Occhā. Ad primā dī qd̄ causat̄ iu-  
diciū q̄ iudicatur rē nō esse. Et qñ dicit Occhā qd̄ illa re ex̄te  
causat̄ iudiciū affirmatiuū hoc ē intelligēdū re ex̄te īdebita  
approximatiōe. eodē mō dī ad aliud qd̄ tūc causat̄ iudiciū ne-  
gatiuū et. intelligēdū qd̄ itelligit̄ actiuitate obiecti nō īpedita  
causat̄ iudiciū affirmatiuū siue nō suspēsa. Ad aliud est dicē-  
dū qd̄ hoc est p̄p̄ indisponē organi vel medij vel aliqd̄ aliud  
in aqua. Queritur an sit eadem noticia in spē qua intuemur  
rem a remotis et qua intuemur a propinquis. Dicit doctor  
Occhā. p. quo. q̄. xiiij. q̄ sic. r differunt solum scdm̄ magis intē-  
sum et magis remissum. Sed cōtra arguitur noticia qua sor-  
tes intuetur a p̄pinqs̄ sufficit causare iudiciū quod sit homo  
noticia qua vī a remotis nō sufficit: ergo differūt spē. p̄na t̄z  
q̄ istd̄ est rō apparētissima ad p̄bādū aliq̄ differre spē q̄ vnū  
pōt in aliquē effectū r in simīlē in spē nō pōt aliud. S; ad istd̄  
r̄ndē: Occhā loco p̄allegato negādo p̄nām. et ad p̄bationē  
b̄r̄verū est qñ illa sūt eā intēsa verūt̄n si vnū sit remissū r aliū  
intēsu nō opz: r pōt dari exēplū tenēdo qd̄ forma accidētāl̄ pu-  
ta calor possit effectiue p̄ducerē formā substātiālē puta formā  
ignis r formā substātiālē corrūpere aliq̄s calor pōt in mate-  
ria ligni corrūpere formā ligni r formā substātiālē ignis p̄du-  
cere r aliq̄s nō pōt p̄p̄ sui remissionē nō tñ sequit̄ q̄ differant  
spē. S; dicit aliq̄s r difficult̄ si aliq̄ q̄litas intēsa aliā q̄litate p̄-  
ducere possit. alia remissa q̄litas q̄cūq; eiusdē spēi q̄litate re-  
missē p̄ducere poterit i subo i quo nō est īpedimētū istud p̄z i  
oib<sup>9</sup>: s; noticia intuitiua q̄ vī sortes a p̄pinqs̄ cāt iudiciū intē-  
sū qd̄ sortes sit hō: q̄ illa q̄ sortes a remotis vī sit eiusdē spēi. Cū  
in subiecto nulla sit resistētia cāt iudiciū remissū qd̄ sortes sit  
hō. Ad istud mihi vī dicēdū apud doc. occhā. pro quo ponit̄  
istud documētū. Qñ aliq̄s agēs ē p̄ductiuū duoz̄ effectiuū in  
spē stat qd̄ vnū p̄ducit̄ p̄ maiore distātiā q̄ possit reliquū p̄du-  
cere: istud p̄z exēplarit̄ de cādelā q̄ ad maiore distātiā p̄ducit  
lumē q̄ calefacit. mō apud Occhā obm̄ actiue cōcurrit ime-  
diatē ad ista iudicia affirmatiua r p̄nter dicēdū ē qd̄ ex ma-  
iori distātiā pōt actiue p̄currere ad iudiciū quo iudicat̄ rē illā  
eē q̄ quo iudicatur rē illā eē aial r ex maiori distātiā ad istd̄  
scdm̄ iudiciū q̄ ad illud quo iudicat̄ rē illā eē hoiez. et adhuc  
ad istd̄ tertiuū ex maiori distātiā pōt actiue p̄currere q̄ ad illd̄  
quo iudicat̄ rē illā eē sorte. Et p̄ hoc facile soluit̄ argumētū q̄  
qd̄ nō possit tūc illā rēvisā a remotis iudicare eē hoiez hoc nō  
est ex defectu noticie intuitiue s; q̄ obm̄ ex tāta distātiā acti-

Regula

## De augmento habitus.

ue nō pōt pcurrere. Ex ista solutiōe sequit̄ correlarie qđ si de<sup>o</sup>  
ipediat sortē a ppinqs positū ne pducatur intēsiōr noticiā intui-  
tiuā qđ a remotis nihilomin<sup>o</sup> pducet̄ iudiciū affirmatiuū quo  
iudicabit̄ illā rē esse hoiez. Sequit̄ scđo qđ si sorte posito a re-  
motis pduceret de<sup>o</sup> noticiā intuitiuā sortis eā intēsiā cū illa  
quā pduceret sortes a ppinqs aduc nō causabit̄ iudiciū quo  
iudicabit̄ illā rē eē hoiem: s; tūc ē mihi difficile saluare occhā  
totalr qz seqt̄ ex isto cū p̄habitis qđ noticia intuitiua qv̄ for-  
tes a remotis cū intellectu causant de necessitate istud iudi-  
ciū quo iudicat̄ rē illā nō eē hoiez qđ ē cōtra experientiam.  
¶ Probat̄ sic sufficiunt ad causandū 2 sunt cause natura-  
les 2 nō impediunt̄ qz obiectum non potest impedire in ordi-  
ne ad illum assensum quia ex tanta distantia non potest in-  
cōtrarium. ¶ Forte dicit̄ quod noticia intuitiua seruata ob-  
iecto absente nō potest in quocūq; iudiciū negatiuū con-  
tingens sed solum in illud quo iudicatur rem non esse 2 obie-  
ctum ex quacūq; distantia ex qua potest agere noticiā in-  
tuitiuam potest coagere ad illū assensum. Et ita replica non  
currit. ¶ Potest dici secundo qđ illa noticia intuitiua remis-  
sa licet possit in remissum iudiciū quo iudicetur hanc rē esse  
hoiem non tamen in hoc passo. Et hoc pro statu isto saltem:  
sed bene in passo maioris perspicacitatis. Sed videtur mi-  
hi difficile si diceretur de anima separata siue de angelo cū  
illa sit susceptiua istius iudiciū 2 in ipsa nulla sit resistentia.  
Sed potius opponitur cū naturaliter inclinēt̄ intellectus ad  
omnem assensum vey. ¶ De noticia intuitiua alia est opinio  
Gregorij ariminēsis dicentis noticiam intuitiuā esse illā que  
immediate terminatur ad rem abstractiuā vero que media-  
te terminatur ad rem 2 immediate ad similitudinē rei. vide ip-  
sum. dicit scotus. qđ ad causandum noticiam abstractiuā re-  
quiritur species veruntamen nō terminatur ad illam speciē  
sed ad rem abstractiue cognitā. Dicit doctor Occham qđ  
non est ponenda species sed habitus a quo effectiue cum in-  
tellectu causatur noticia abstractiua. dicit Gregorius qđ no-  
ticia intuitiua conseruata obiecto absente: nullum iudiciū  
causat. dicit occhā: quod causat iudiciū negatiuū. dicit de Ca-  
stro. quod idem iudiciū causat quod causaret in p̄ntia rei. U-  
de hec oia.]

### De augmento habitus

Cap. xxiij.

**C**onsequenter videndum est de augmento habitus  
¶ Utruz videlicet detur summus habitus qui po-  
test in anima causari. puta in intellectu: vel vo-  
luntate. notum est qđ aliquid potest in potentia  
causari: 2 non cuiuscūq; intentionis. ergo oportet dare summam intentionem: vel ad minus minimam sub  
qua non potest 2 sub q̄libet minori potest. Et hoc dupliciter

Intelligitur / q̄ datur summus habitus / Uno modo ex natura rei. et in isto sensu est altercatio inter doctores / Nam Scotus in tertio distinctione. xiiij. ponit maximum ex natura rei: ita q̄ deus non potest p̄ducere maiorem qualitatem siue in t̄tiorē. Occhā & Gregorius hoc ipugnant videlz. q̄ nō datur maximus habitus seu qualitas ex natura rei maxima. Alio modo potest intelligi q̄ datur maximus habitus qui potest p̄duci in potentia non ex natura habitus: sed natura potentie: ita q̄ potentia non sit capax maioris habitus. notum est q̄ datur maxima aqua que potest poni in vase non ex natura aque: sed ex natura vasis q̄ nō est capax maioris aque. Et tunc queritur vtrum datur maximus habitus causatus in potentia q̄uia nō proveniat ex natura habitus quin possit augeri: sed ex natura potentie: que non est capax maioris habitus. Et adhuc dupliciter intelligit̄. Uno modo q̄ datur maximus causabilis in potentia per naturam / ita q̄ naturaliter nō potest causari maior. Alio modo per potentiam supernaturalem. Solum facio difficultatē / an datur maximus q̄ possit causari in potentia ex natura potentie: vel potētia nō potest p̄ducere actus plures q̄ illos qui requirūtur ad productionē illius habitus. De Alyaco post Occham & Gregorium dicit q̄ datur maximus habitus qui potest poni in potentia inesse habitus: sed non dat̄ maximus qui potest esse in hac potentia in esse qualitatis: quia capiēdo pure passive est infinite capax. Unde habitus est in potentia secundum q̄ est activa & non secundum q̄ est passiva. Sed datur maximus cuius ipsa est capax ex natura propria in esse habitus: vt q̄uis augeat̄ volitio in esse qualitatis tamen non augebitur in esse volitionis. vtrum pure naturaliter loquendo datur aliquis habitus qui potest causari a potētia per actus naturaliter elicitos ab illa potentia: & non potest maior causari: & videtur q̄ non. patet. ille potest causari in ista potentia: & potentia potest elicere vnum actum: qui intendet priorem habitum. ergo ille habitus non erat maximus qui poterat causari in ista potētia per actus naturaliter producibiles. Dices: datur minimus qui non potest: & quilibet minor potest. Contra. si quilibet minor potest: capio q̄ in potentia per actus sit productus habitus distans ab illo minimo per dimidietatem vnius gradus. tunc potentia potest elicere actum naturaliter continuatum per horam & tunc producet vnam dimidietatem gradus secluso etiam tali habitu / ergo & nunc producet: quia subiectum est magis dispositum q̄ esset sine habitu: ergo in fine hore erit iam habitus vsq̄ ad illam completionem p̄ductionis illius dimidii gradus / Aliqui doc. dicunt q̄ datur certa intentio in habitu ad quam nō potest homo pertingere per replicationem actuum / veruntamen ad

discrepancia aliorum  
doctorum

## De diffinitione virtutis.

quamcumq; intentionem infra illam potest homo pertingere per replicationem actuum. Contra. volo q̄ pertingat ad illam infra illam solum per dimidium gradum. tunc sic bene sequitur. iste potest clicere actum causantem dimidietatem gradus: ergo. dices nego consequentiam: quia erit capacitas potentie repleta. Contra. nunq̄ erit repleta: quia quādo erit vna dimidietas dimidie partis adhuc capacitas non erit repleta. ergo talis actus nō cessabit a productione quousq; illa dimidietas sit p̄ducta. hoc argumentū mihi facit fidē q̄ non pōt defensari q̄ detur minima intētio cuius potentia non sit capax ex natura rei: quia habeam intentionem infra illam per dimidietatē gradus: et in potentia ponat̄ actus qui sufficiat p̄ducere illam dimidietatem. tunc illam producet: cuius est causa naturaliter actiua: et passus susceptiuū q̄ nōdū suscepit. ergo suscipiet: et sic non erit minima immo maxima q̄ sic. Pro isto argumento dico q̄ quocumq; tpe signato finito oportet de necessitate concedere q̄ datur maximus habitus quē homo potest producere vel qui potest p̄duci in homine in illo tempore finito vel minima quā non. Secundo. non datur maximus gradus habitus qui potest produci simpliciter nec minimus qui non: vt in tēpore infinitos actus potest producere: secūdus erit intēsiōr primo q̄rū et quart̄ tertio: et sic in infinitum: nec datur maximus q̄ sic nec minus qui nō. Et hoc tenendo q̄ potentia sit infinite capax ex natura rei. [Mihi videtur q̄ oportet ponere summū habitum ex natura rei et sic actus producēs illum habitū a nulla causa maiore potest intēdi: quia non potest esse maior causa in illa specie. Sed videtur concedendum q̄ quelibet capacitas cōstūcumq; p̄cipua possit habere illud summū quia in infinitū potest augeri alia causa p̄tialis: sed non ponendo maximus ex natura rei bene dicit liber.] Et hec dicta sufficiant de p̄ductione et causalitate habitūū. Dictū est generaliter de actu virtuosō: et vitioso: et consequenter de generatione habituum in qua potentia et in qua non: et de corruptione illorū. et per quid corrumpuntur. et de contrarietate illorum: et de coefferentia actus: et finaliter de augmento habituum: et de actibus humanis: et cōstantijs eorūdem.

Additio.

De diffinitione virtutis et multiplici eius  
distinctione Cap. xxiij.

Quid virtus.



Vnde consequenter de virtute que est habitus quid sit: et de multiplici virtutis distinctione: et de proprietatibus eius tā in generali q̄ in speciali videndum est. vnde primo notandum q̄ assignat̄ due diffinitiones virtutis. vna Arist. in secundo ethi. alia beati Augustini in libro de libero arbitrio. vnde virtus sic diffinitur ab



Aristotele loco predicto. Virtus est habitus electiuus in me-  
diocritate exis determinata ratione prout vir prudens de-  
terminabit. Alia diffinitio Augustini. Virtus est bona qua-  
litas mentis qua recte viuuntur / qua nullus male vitur / quaz  
deus in nobis sine nobis operat. Prima diffinitio virtutis ab  
 Ari. data apud Martinum sic pot. exponi. virtus est habitus  
 electiuus. hoc est virtus est habitus inclinans ad actum medi-  
 um inter actus vitiosos: ad actum inq. medianum recte ratio-  
 ni conformem. vnde dupliciter intelligitur q. virtus consistit  
 in medio. Uno modo tanq. in medio circa proprium actum:  
 & sic exponitur diffinitio virtutis. Virtus est habitus inclinans  
 ad actum medianum inter actus vitiosos / puta inter defectum  
 & superabundantiam. consequenter declarat quid sit actus  
 medianus: & est actus conformis recte rationi: siue determina-  
 tus ratione prout vir prudens determinauit. Alio modo ca-  
 pitur medianum p. obiecto. tunc sic exponitur diffinitio. virtus  
 est habitus in mediocritate consistens. i. circa obiectum de-  
 terminatum ratione habens pro obiecto certam materiam  
 que ponitur talis vel tanta per rationem que vocatur medi-  
 tas siue mediocritas. Sed diffinitio Augustini est intelligen-  
 da de virtutibus infusis: propter vltimam partem. Difficul-  
 tas vtrum ad habitum esse virtute de necessitate requiratur  
 q. cum illo habitu insit in intellectu prudentia habitualis: di-  
 ctum est q. nunq. actus est virtus: nisi insit cu illo prudentia  
 actualis intellectu. Queritur vtrum etiam requiratur ad ha-  
 bitum effectiuum esse virtutem: q. de necessitate insit prudē-  
 tia habitualis / quia virtus est habitus electiuus determina-  
 ta ratione. ideo videtur q. ad esse virtutis habitualis requi-  
 ratur semp. ratio. i. prudentia habitualis. Respondet occham  
 in quarto questio. tertia probabiliter q. non: quia ad actum  
 esse virtutem necessario requiratur prudentia actualis intel-  
 lectu. verum ad habitum esse virtutem non necessario requi-  
 ritur habitus prudentialis intellectu. qd. sic suadet. capio sor-  
 tem non habituatum habeat dictamen veru prudentiale / & ele-  
 ctione conformem illi dictamini in voluntate. tunc deus pote-  
 rit suspendere actione primi actus scilicet dictaminiis prudē-  
 tialis non suspendendo electionem conformem illi dictamini  
 quo facto ab illo dictamine non generabitur habitus prouidē-  
 tialis: et generabitur habitus per actiuitatem electionis.  
 ergo non requiritur habitus prudentialis: q. ab illo dicta-  
 mine non generabitur habitus prudentialis: notum est. ne-  
 q. ab illo generabitur habitus electiuus: quia actus prun-  
dentialis non agit immediate ad habitum electiuum: sed  
solum mediate. Secundo arguitur multum apparenter  
 sit sortes habitus in habitu prudentie dirigente electio-  
 nem temperantie et habeat habitum electiuum temperan-

Quid sit virtus secundum Augustinum  
 et aristotelem //

Virtus dupl  
 cit de siste  
 re in medio

De differentia inter theo. & mora. virtu.

tie conformem. tunc fortes potest elicere dictamina contra-  
ria non eliciendo electiones contrarias illis actibus a qui-  
bus generabatur habitus temperantie electionis. quo fa-  
cto per frequentationem illorum dictaminum corruppe-  
tur habitus prudentialis: et non corrumpetur habitus ele-  
ctiu<sup>9</sup> qz nō pot corrūpi nisi p act<sup>9</sup> rios: vt dictū ē de corruptio-  
ne hūitū: q̄ talis habitus electiu<sup>9</sup> tēperātie nō corrūpit: ideo  
naturaliter pōt manere hūitū virtuosus absq̄ habitu prudē-  
tiali. forte dices. nō est difficultas qn possit manere actus ele-  
ctiu<sup>9</sup> sine actu prudētiali: qz distinguunt realiter & p̄sequens  
deus potest vnum corrumpere altero conseruato. sed tunc  
iste actus non esset amplius virtus. Eodem modo deam q̄  
ille habitus electiuus non erit amplius virtus absq̄ habitu  
prudentiali. Contra. illo habitu electiuo manente sine habi-  
tu prudentiali & habita recta ratione: talis habitus cōcurre-  
ad p̄similes actus illis ex quibus genitus est. ergo ille habi-  
tus est virtuosus. patet. quia propter nichil aliud dicitur ha-  
bitus virtuosus: nisi quia inclinat vel coëfficit consimiles ac-  
tus virtuosos: & secluso habitu prudentiali inclinat ad actus  
virtuosos & coëfficit. ergo secluso habitu prudētiali talis ha-  
bitus potest dici virtus. Ideo apparet mihi probabile & idu-  
bitāter verum/ vt dicit Okam: q̄ non est de ratione habitus  
electiu<sup>9</sup> q̄ habeat habitum prudentialē q̄uis sit de ratione  
actus q̄ habeat actum prudentialem.

Replica ad argu-  
mentu:

Tractatus Secundus. De differentia inter theologales  
& morales virtutes. Cap. I.

**S**equitur de differentia inter virtutes theologa-  
les & humanas. Et p̄ declaratione notandum q̄  
virtus prima sui diuisione diuiditur in virtutem  
humanam & in theologiam siue supernaturalem.

Notandum p̄terea q̄ multe differentie solent po-  
ni a doctoribus inter virtutes theologas: & humanas. Un-  
de sanctus Tho. prima secunde questione. lxxij. ponit tres dif-  
ferētiās inter illas. Prima. virtus humana est de obiecto crea-  
to/ theologica de obiecto increato sc̄o et de deo. Secunda.  
Virtutes humane generantur in nobis ex actibus p̄p̄is:  
sed theologice a deo producuntur & infunduntur. Tertia diffe-  
rentia. q̄ sint ponende virtutes humane hoc habetur per ra-  
tionem naturalem: sed q̄ sint ponende virtutes theologice  
solum habemus ex reuelatione sacre scripture. & per nullam  
rationem siue experientiam potest p̄bari q̄ sint ponendi ha-  
bitus infusi: sed solum ex auctoritate scripture & reuelantis.  
Unde q̄rtum ad secundam differentiam dicit Occham in ter-  
tio q̄ virtus theologica dupliciter capitur. Uno modo specia-  
lissime p̄ virtute habente deum pro obiecto & ab ipso solo deo  
nobis infusa. Et sic secundum ponentes spem acquisitam nō

Triplex est  
dīa int̄ vir-  
tutes mora-  
les & theolo-  
gas.

**Differētia inter theo. & mora. virtu. Fo. xlix.**

esset virtus theologica. Alio modo p virtute habente deum pro obiecto siue sit infusa a solo deo siue a nobis genita per actus nostros. & sic spes / fides / & charitas acquisite sunt virtutes theologice. Alie autem virtutes que habent obiectum creatum vocantur humane. ¶ Circa hanc differentiam est difficultas. & arguitur sic. sapientia ponit inter virtutes humanas: puta inter habitus intellectuales: & tamē habet deū pro obiecto / quia cōsiderat primam causam: & res altissimas. ergo illa differentia posita inter illas (quia theologica habet deum / humana vero virtus habet obiectū creatum) non est bene posita. ¶ Item spes habet quid creatum pro obiecto. ergo illa ratio distinctionis non est sufficiens ex parte obiecti creati et increati. Antecedens patet. spes habet beatitudinem et gratiam pro obiecto: et talia sunt creata. igitur. Quā tum ad primum dicit Thomas. q̄ deus dupliciter potest esse obiectum alicuius virtutis. Uno modo secundum aliquā rationem que nostrā naturalem cognitionē transcendit. Alio modo deus potest esse obiectum alicuius virtutis secundum aliquam rationem que non transcendit intellectionem nostram naturalem. Unde notum est q̄ ex vi nostri intellectus per rationes naturales possumus devenire in aliqualem cognitionem dei q̄ sit suprema causa et prima ceteras causas mouens. tunc dicit Tho. q̄ ille habitus habens deum pro obiecto qui non transcendit nostram cognitionem non est virtus theologica sed humana. & sic sapiētia que ponitur a philo. intellectualis virtus considerat diuina secundum q̄ sunt inuestigalia ratione humana. sed theologica virtus est circa ea secundum q̄ rationem humanam excedunt. vt quando deus consideratur sub ratione beatificatoris ita q̄ intellectus non potest pertingere ex ratione naturali: tunc talis habitus est theologica virtus. Sed per oppositum h̄ humana quia est de obiecto creato vel increato quod secundū rationem naturalem non excedit intelligentiam nostram. & sic sapientia est virtus humana. et loquimur de sapientia virtute: et non de sapientia bono. ¶ Item cum arguitur. spes est de obiecto. creato sc̄tus Tho. & sc̄tus Bonauē. in tertio distinguunt illaz. vel de obiecto creato. i. obiecto materiali: & sic concedo / quia est de beatitudine et gratia. vel de obiecto creato tanq̄ de obiecto principali. i. tanq̄ de illo q̄ est ratio mouens voluntatem ad volendum / et sic nego. Unde spes partialiter terminatur ad beatitudinem formalem / sed ad illam sub tali ratione nobis conferendam propter merita. Illud est obiectum formale quare desideramus beatitudinem. vnde thomas sic dicit / tamē sub alijs verbis puta q̄ sub alijs considerationibus spes est de beatitudine in ordine ad deum tanq̄ vltimum finem / et tanq̄ conferentem beatitudinem: &

Dupl'r de<sup>9</sup>  
pōt eē obie  
ctū alicui<sup>9</sup>  
virtutis.

doct' 5.

## De differentia inter theolo. & mo. virtus.

sic habet deum pro obiecto: et hoc sufficit ad virtutem theolo-  
logicam. ¶ Contra. latria habet deum pro obiecto. nā actus  
latrie est honor exhibitus deo: et cū hoc habet aliquid crea-  
tum scilicet cultū exteriorē: & propterea vocat virtus hu-  
mana. vnde actus latrie exteriores sunt genuflectiones/ et  
signa similia exteriora in recognitionē sup̄mi dominū. Si-  
militer obedientia habet deū precipiētē & cū hoc illud quod  
precipitur qđ est aliquid creatū. igitur si spes habeat deū p̄  
obiecto & aliquid creatū: nihilominus debet esse virtus mo-  
ralis humana & nō theologica. ¶ Ad hoc dicit. s. Bonauētus  
ra dans talem differentia: qđ nunq̄ virtus theologica habet  
actum exteriorē pro obiecto sicut moralis virtus. Alia dif-  
ferētia. virtus theologica habet deū p̄ obiecto secundū ra-  
tionē trāscēdentē nostrā cognitioē naturalē/ sed humana  
habet quid creatū vel increatū secundū rationē nō trāsen-  
dentē nostrā intelligentiā. Itē virtus humana aliquādo ha-  
bet operationē exteriorē p̄ obiecto/ theologica habet deū  
siue aliquid nō operabile a nobis. Tertia differentia. virtus  
humana est inter extremitates duas/ scilicet inter sup̄abun-  
dantiā & defectū/ sed theologica nunq̄ est inter sup̄abundan-  
tiā & defectū. ¶ Dices. spes habet duas extremitates. s. pre-  
sumptionē: puta sperare beatitudinē sine meritis. & despera-  
tionē. s. desperare de dei miā: ideo habet superabundantiā &  
defectū/ ergo tertia differētia est minus bene posita. ¶ Re-  
spondet qđ dupliciter intelligitur aliquā virtutē esse iter duo  
extrema. vno modo ex parte obiecti principalis. vt tēperan-  
tia puta velle comedere et bibere secundū qđ recta ratio di-  
ctat: est inter duo obiecta. s. velle comedere plusq̄ dicitur ra-  
tio: tale est extremū vnū ratione obiecti p̄ superabundantiā  
similiter velle minus comedere & bibere q̄ recta ratio dicitur  
est aliud extremū rōne obiecti in deficiēdo: et sic virtus mo-  
ralis habet extrema siue est iter extrema ex parte obiecti.  
Alio modo cōtingit aliquā virtutem esse inter duo extrema  
nō ratione obiecti/ sed p̄pter defectum alicuius circūstantie  
quam illa virtus siue potentia debet assumere in eliciendo  
suos actus. vt fortes p̄ actus spei sperat beatitudinē sine me-  
ritis/ talis actus est vitiosus nō per hoc qđ nimis innuit deo/  
vel quia est nimis intensus/ cum homo non possit nimis in-  
tense sperare. sed ideo est vitiosus: quia omittit circūstantiā  
quā assumere debet in sperādo. ideo hoc non est p̄pter obie-  
ctum vel propter defectum vel propter superabundantiā/  
sed propterea quia omittit circūstantiam quam debet assu-  
mere: et sic resolutorie ponuntur tres differentie inter theo-  
logicam & moralem virtutem. Prima: ratione obiecti. Secū-  
da. ratione operationis exterioris. Tertia/ vna est inter ex-  
trema ratione obiecti. i. superabundantiā & defectum/ al-

Dupliciter  
virtus est in-  
ter duo ex-  
trema.

De ordine virtutum theologaliū. Fo. i.

tera vero non. ¶ Contra. ergo eadem virtus erit moralise  
theologica saltem tenendo q̄ idem actus est mediū et finis.  
vt volitio dandi elemosinam propter deum / habet pro obie  
cto aliquid creatum et increatum. Dicit occham / nō esse in  
conueniens q̄ eadem virtus secundū diuersa obiecta sit mo  
ralis et theologica. immo ipse occham habet concedere q̄  
omnis actus intrinsece bonus est virtus moralis et theolo  
gica. [ Virtutes theologice non distinguuntur ab humanis  
penes obiecta / quia assensus fidei creaturam solum habet  
pro obiecto puta propositionem cuius nulla pars deum re  
presentat / vt hec / antichristus erit : forte diceretur q̄ assen  
sus eius non est fides : sed solum assensus huius antichristus  
erit est adeo reuelata. dato q̄ hoc esset verum actus ille nō  
haberet deum magis p̄ obiecto q̄ actus iste / volo dare ele  
mosinam pauperi propter deum. quicquid sit de hac mate  
ria videtur q̄ non sit alicuius modus dicendi nisi q̄ distin  
guntur sic actus theologi ab actibus humanis : quia regula  
riter habent deum pro obiecto materiali saltem precipui  
actus habent deuz pro obiecto non sub ratione humana sed  
super naturali : secus est de actibus humanis. ]

Additio.

De ordine virtutum theologalium. Cap. xi.



Veritur consequenter de ordine earundem  
virtutum theologalium: et imprimis non lo  
quimur de ordine perfectionis : quia notum  
est in illo ordine q̄ charitas est peior. i. perfe  
ctior : et precedit fidem et spem eo q̄ ille per  
charitatem formatur. vt dicit. S. Tho. prima  
secunde. q. lxxvi. arti. vi. Sed est questio de or  
dine generationis. vnde dupliciter intelligitur q̄ sit ordo in  
ter virtutes. Uno modo q̄tum ad habitus infusos. Alio mo  
do q̄tum ad actus earum: ita q̄ actus vnus necessario prece  
dat actum alterius. q̄tum ad primū / puta de ordine inter ha  
bitus sit talis propositio. Nullus est ordo generationis siue  
productionis inter habitus infusos. patet / isti infusi habitus  
simul infunduntur in baptisate. Unde q̄cito est perfectum  
baptisma in instanti terminante prolationem verborum cū  
ablutione infunduntur simul isti tres habitus: scilicet fides /  
spes / et charitas: nec vnus coagit ad productionem alteri  
us: quia creantur a solo deo. Ideo q̄tum ad generationem  
habituū nullus est ordo inter eos. q̄ simul infundantur ha  
betur ex fide prime ad corin. xiiij. tria hec maior horum est  
charitas: sed non habetur auctoritas expressa q̄ infundantur  
in baptisate: sed ex multis auctoritatibus scripture hoc de  
duci potest : quarum vna est. impossibile est sine fide pla  
cere deo. Alia charitas diuidit filios regni et perditionis.

Propositio.

Quō chari  
tas act⁹ ali  
arū virtutū  
imperat.

S. ij.

## De ordine virtutum theo.

**D**ifficultas: an maneant fides / et spes quando non manet  
charitas. Videtur q̄ sic. vt dicit probabilior opinio secunda  
secunde. quest. xliiij. arti. iij. ad primum. Aliquando manet  
charitas: quando nō manent fides et spes: vt in beatitudine. s̄  
difficultas est modo. vtrum aliquando infundantur fides et  
spes q̄ non infunditur charitas. et vtrum aliquando infunda-  
tur charitas: q̄ non infunduntur fides et spes. ¶ Quantum ad  
primum / videtur q̄ sic. Nam baptisatus ponens obicē p̄ mor-  
tale / vt per luxuriam vel auariciam: in illo non infundit̄ cha-  
ritas: et tamē infunduntur fides et spes. quod probatur: quia  
est fidelis: et non ponit obicem per infidelitatem: et est bap-  
tismus. Ideo est fidelis: et per consequens habuit fidem infu-  
sam. insuper auaricia / vel luxuria non est demeritoria fidei  
vel spei. igit̄ non est obex. ergo infunditur fides et spes nō in-  
fusa charitate. ¶ De secundo q̄ possit infundi charitas de le-  
ge clarum est. quod sic probatur. paruulus baptisatus in in-  
stanti terminante p̄lationem verborū sacramēti baptisimi mo-  
riat̄ tunc huic anime infundit̄ charitas: q̄ est saluata et nō in-  
funduntur fides vel spes: q̄ in hoc instanti primo est in charita-  
te: et non rea alicui⁹ pene soluende in purgatorio. q̄ nō pecca-  
uit: ergo est saluata. vnde fides et spes euacuantur in patria:  
et per cōsequens infunditur charitas sine fide et spe. ¶ Quan-  
tum ad primum / aliqui dicunt in tali infunditur fides et spes:  
quia talis est fidelis. ergo habet fidem. Opinio tamen oppo-  
sita videtur pbabilior quam insequitur Sanctus Thomas /  
q̄ nunq̄ infunduntur fides / et spes / de nouo quin infundatur  
charitas. bene tamen conseruantur sine charitate. Probat̄.  
deus non dat homini sibi ingrato dona tam excellentissima  
sicut sunt fides / et spes infuse. Contra / talis est fidelis. distin-  
guo vel ab habitu fidei infuse: et sic nego. vel fidelis. i. habēs  
characterem fidelium. vel potest esse fidelis ab habitu fidei ac-  
quisite: et sic conceditur. Ad aliud / fides et spes non perdunt̄  
per mortale. ergo non ponit obicem infusioni: nego consequen-  
tiam. Nā vnūquodq̄ mortale est sufficiens ponere obicem in-  
fusioni / sed vt perdantur fides et spes. ¶ In infidelitas et de-  
speratio sufficit. Quantum ad secundum in casu infunditur  
paruulo charitas quando non infunduntur fides et spes. di-  
co quia iam in illo instanti est extra statum vie / oportet con-  
fiteri q̄ infunditur charitas sine fide et spe et nunq̄ in alio ca-  
su. Resolutio ergo est q̄ non est ordo necessario requisitus  
istum ad habitus infusos de communi lege: quia simul infun-  
duntur. ¶ Sed queritur / an sit aliquis ordo quantū ad exer-  
citium actuum: ita q̄ necessario actus vnus presupponat ac-  
tum alterius vt vtrum actus spei presupponat actum fidei et  
actus charitatis actum fidei et spei. Et apparet q̄ sic: quia  
oportet primo credere p̄ sperare et amare. ¶ Quantum ad

Resolutio.

De ordine virtutum theologaliū. Fol. li.

hoc dico primo / ad actus spei & charitatis requiritur actus  
fidei natura preuius vel tempore vt eliciatur actus de com-  
muni lege. Patet / nō potest haberi actus spei & charitatis qn  
habeatur in intellectu aliquod iudiciū practicum certum &  
ineuidens: ergo presupponitur actus fidei in intellectu. p̄na  
est certa: quia oīe iudiciū certum ineuidens est actus fidei.  
antecedens patet / ad omne actum virtutis requiritur iudi-  
ciū practicum preuius: & de communi lege non potest habe-  
ri iudiciū euidēs de deo sperando vel amando: sed solū ineui-  
dens. ideo vt habeatur actus spei requiritur hoc iudiciū. q̄  
beatitudo est nobis possibilis a deo ex meritis. preter hoc re-  
quiritur iudiciū practicum q̄ sperandum est in deū & istud  
iudiciū est actus fidei. ergo ad actus spei requiritur actus  
fidei. Similiter ad actum charitatis quo diligo deum super  
omnia requiritur actus fidei. oportet enim credere deū esse  
summe bonum &c. ¶ Utrum preuius sit natura actus spei ad  
actum charitatis. auctoritas glo. super math. q̄ sic. ¶ Con-  
tra / fides sine charitate non placet deo / neq; spes ergo cha-  
ritas q̄tum ad actū est magis preuia. ¶ Pro isto est notandū  
q̄ in nobis est duplex amor. Quidā concupiscentie: qui est im-  
perfectus: & nichil aliud est q̄ amor quo amorem non vt ve-  
lim in ea aliquod esse bonum: sed volo bonum quod ipsa ha-  
bet in esse michi vel alteri / vt sortēs vult vinum: nō quia vult  
dulcedinem in esse vino sed in esse sibi & eam percipere / talis  
amor vocatur concupiscentie. Alius est amor amicitie quo  
volo bonitatem in esse rei siue inde aliquid accidat michi si-  
ue non. & iste amor amicitie proprie est charitatuus: & amor  
concupiscentie si sit ad eade concupiscentie presupponit a-  
morem amicitie. Exemplū de amore amicitie / vt sortēs vult  
platonē esse virtuosum vel habere diuitias: est amor amici-  
tie platonis. Unde consequenter dicit sanctus Thomas / ex  
hoc q̄ deus promisit nobis bona: et speram⁹ habere illa me-  
diante suo auxilio diligim⁹ illum ita pari forma ex hoc q̄ spe-  
ramus nos consequi beatitudinē nobis a deo promissam in-  
citamur ad diligendū deum: ergo actus spei: puta deside-  
rium est prius: & introducit actum charitatis sicut timor in-  
troducitur charitatem. ¶ Contra / actus spei est desideriu quo  
desideramus deū nobis / vel passio causata ex illo desiderio.  
vel tale desiderium quo desidero causatur ex amore dei: vel  
ex amore mei. Si primum: ergo actus charitatis est preuius  
ad actū spei. Si scdm: ergo iste actus videt esse malus: quia  
amo deum ppter me: ergo implicat cōtradictionē actū spei  
in se esse p̄uiū naturā vel tpe ad actū charitatis. & hoc ē for-  
tissimū argumentū cōtra hāc opinionē. Dico ad argumētū:  
q̄ actus spei est prior ad minus natura ad actū charitatis. &  
cū arguit: vel talis actus sperandi siue spes causat ex amore

queritur hic. Do

Duplex a =  
mor.

De prima virtute theolo. s. de fide.

mei: et talis actus est malus: quia non est reatus in fine. Dicit Gabriel in tertio quod oportet fateri quod primus actus spei non est virtuosus: sed actus indifferentes tenendo quod primus actus spei non precedit actus charitatis / oportet concedere quod talis actus est indifferentes: quod deest ei circumstantia requisita scilicet eos ad bonum actum morale / puta relatio in finem ultimum. Contra / est usus dei: quod est malus / et non indifferentes. negat antecedens. ad probationem assumo deum propter me. Distinguo: vel propter me tamquam amatum ut summum bonum. et sic negat. et hoc requirit ad usum dei. ideo quod quis ego amem deum michi siue propter me: non tamquam propter finem ultimum non est usus dei. Uidet michi quod non est necessarium quod primus actus charitatis precedat actus spei. Nam possum elicere primam volitionem qua volo deum esse summum bonum: et consequenter ex illo actu possum diligere me: et consequenter optare beatitudinem a deo: stat ergo quod primus actus charitatis precedat / ideo non est necessarium quod actus spei de necessitate precedat actum charitatis.

De prima virtute theolo. scilicet de fide. Capi. iij.

Sum est de distinctione theologiarum virtutum a moralibus: et de ordine earundem ad invicem. Consequenter videndum est de prima / puta de fide que secundum opinionem antiquorum quod est actum ad actum suum precedit spem et charitatem.

Duplex est fides.

prima pro

tem. Et primo quod est ad generalia que percipiunt illam. Queritur utrum sit tantum una fides in uno intellectu. Pro hoc notandum quod duplex est fides. quodammodo infusa: alia acquisita. Infusa est ille habitus qui a solo deo producit in potentia nostra in baptismo / saltem in non ponente obicem. Acquisita vero est habitus causatus ex multis actibus fidei. Tunc ponit prima propositio communis et clara apud modernos. Non est una fides acquisita in numero nec in specie: sed tot diverse quod sunt diversi articuli. Exemplum. capio sortem habituatam in credendo duos articulos per frequentationem actuum circa illos / incipiat errare circa unum et non circa alterum: tunc per frequentationem illius erroris corrumpetur fides illius articuli acquisita et non corrumpetur fides acquisita alterius articuli quod per experientiam: quod ipse sortis erit promptus ad assentiendum alteri articulo sicut prius: et non est adeo promptus ad assentiendum alteri sicut prius quod habet errorem inclinantem ad oppositum. ergo unus habitus manet altero non manente. ergo distinguitur illi duo per regulam communem. igitur propositum: videlicet quod non est in uno intellectu unus habitus acquisitus in numero. quod autem differat specie. Patet. Occurrit in tertio quodammodo. q. vii. et in tertio sententiarum questione. viii. ait: error unius articuli stat cum fide acquisita alteri: et non stat cum fide acquisita respectu eiusdem articuli: nec cum aliqua eiusdem rationis. ergo non solum illi habitus fidei differunt numero sed etiam specie. Preterea habitus qui primo con-

Occam dicit quod fides in omni actu calidius citat in fide acquisita in altero



contrariantur per contrarios distinctis specie differunt specie. sed due hie  
 des acquisite duorum articulorum fidei contrariantur primo duobus  
 erroribus distinctis specie. vide Occham ibidem si vis. ista ra-  
 tio non est efficax: quia per idem probarem quod amor sortis et  
 amor platonis differunt specie. Unde in istis intentionibus non  
 infertur contradictio specifica aliquorum per hoc quod unum repu-  
 gnat alteri &c. Dices proformiter ad opinionem antiquorum et precipue  
 Thome non ponentis nisi unum habitum logicalem respectu  
 omnium conclusionum logicalium. Arguitur sic. quibus actus cre-  
 dendum sunt respectu diversorum articulorum materialium tamen  
 sunt respectu unius et eiusdem obiecti formalis: puta respectu  
 istius. omne reuelatum a deo est verum quod reuelatum. Nam si  
 crederetur alicui articulo per aliquam rationem topicam et non sub  
 ista ratione / quod reuelatum a deo: talis assensus non esset fides  
 sed assensus topicus precise. Tunc ad rem / omnes habitus fi-  
 dei acquisiti licet habeant diversa obiecta materialia. i. di-  
 versos articulos: habent tamen unum formale et idem puta  
 omne reuelatum a deo est verum et penes obiectum formale attē-  
 ditur diversitas specifica habituum et non penes obiecta ma-  
 terialia. Nego illam propositionem: immo dico quod diversorum arti-  
 culorum diversi sunt assensus specifici quibus illis assentiatur  
 per idem motuum / puta quod reuelata a prima veritate. Se-  
 cunda propositio de fide infusa. In eodem homine est unica  
 fides infusa. ista propositio non potest probari nec per expe-  
 rientiam nec per rationem: sed solum per auctoritatem. vnde ad  
 Ephesios. iij. vnus deus / vnica fides / vnum baptisma. vnde  
 dupliciter intelligitur quod sit vnica fides infusa respectu omni-  
 um articulorum. Vno modo quod sit unius articuli immediate et  
 mediate sit ceterorum articulorum in quantum articulus primus  
 est quoddam principium partialiter illatum ceterorum singulorum  
 articulorum. hoc est quod fides infusa inclinatur immediate ad assen-  
 sum huius omne reuelatum a deo est verum scilicet quod est reuela-  
 tum. ita quod habitus fidei infusus est immediate productiuus assensus illius. et  
 mediate illo inferuntur omnes alij articuli vt antixpian fore est re-  
 uelatum / die iudicij fore est reuelatum. et antixpian erit / dies iudicij  
 erit. et sic assensus unius vniversalis articuli caret assensum ceterorum  
 articulorum saltem partialiter: et sic habitus fidei infusus inclinatur immedi-  
 ate ad assensum illius vniversalis articuli et mediate ad assensum  
 ceterorum: et sic habitus fidei infusus est solum immediate vnus articuli et me-  
 diate est ceterorum / vt deum est: sicut habitus principiorum immediate in-  
 clinatur ad assensum principiorum et mediate ad assensum conclusionis / ita  
 quod nunquam caret immediate assensum circa conclusionem. huic con-  
 format se. s. Tho. scda scde. q. vi. Contra predicta arguitur sic. si  
 habitus fidei infusus solum immediate concurreret ad illum  
 articulum vniversalem et mediate ad alios: sequeretur quod  
 inclinaret ad assentiendum falso. quod patet: credat aliquis / a /

Scda. ppd.

## De fide.

ppositionē esset reuelatā que tñ nō est reuelata / assensus / a /  
partialiter causat mediate ab habitu huius. oē reuelatum a  
deo est verū. Nā talis assensus i forte causatur ex assensibus  
istarū duarū ppositionū omne reuelatū a deo est verū / a / est  
reuelatum .igitur / 2 per pñs videtur q̄ habitus infusus fidei  
eque inclināt ad assentiendum falso sicut vero. Dico q̄ oportet  
de necessitate fateri scdm illam opinionē q̄ habitus fidei  
inclināt mediate ad assentiēdū falsa. nā iclināt immediate ad assē  
tiēdū vō: 2 ille assensus ē immediate cā saltē ptialis alicui⁹ falsi /  
sicut de intētiōe dictū ē: q̄ ē cā ptialis electiōis vitiose iclināt  
mediate ad electionē vitiosā. Similiter oportet pcedere q̄ ha  
bitus veridicus infusus mediate 2 partialiter inclinabit ad  
assentiendum falso. [Ad hoc argumentū tenendo opinionē  
Occham / aliqui respondent q̄ illo casu admissio adhuc nō se  
queretur q̄ fides infusa inclinaret ad falsū / quia spiritus san  
ctus qui est principale agens non coageret quod necessario  
requiritur sed hec solutio est parui momēti.] [Alius est mo  
dus dicendi q̄ ad hoc q̄ fides infusa est eq̄ immediate oīz cre  
dibilium: ita q̄ nō inclināt solum immediate ad assensum hu  
ius vniuersalis articuli. omne reuelatū a deo est verū: quia  
reuelatū est. 2 mediate ad assensum aliorum credibilium par  
ticulariū sed eq̄ immediate ad assensum oīm / quē admodum  
in agentibus ponitur vna vniuersalis causa q̄ cōcurrit ad di  
uersos effectus in svē cum causis partialibus vt sol cū calo  
re calore / cū frigore frigus pducit. Similiter habitus vnicus  
infusus respectu credibilium particulariū omniū se habet per  
modum cause vniuersalis: 2 habitus acquisiti respectu illoꝝ  
particulariū se habēt p modū cārū pticulariū ita q̄ habitus in  
fusus cū altero hitu alteri⁹ articuli pticularis causat imedia  
te assensū illius articuli pticularis. Et ista est opinio pbabi  
lior q̄ habitus ille vnicus infusus se habet per modum cause  
vniuersalis 2 immediate concurrat cū diuersis causis partia  
libus ad pducendum assensum circa diuersos articulos par  
ticulares. Difficultas apud Occā: an iste habitus concurre  
re possit sine fide acquisita: vel de necessitate exigat ad sui cō  
cursum habitū acquisitū. Dicit okam q̄ non potest concūr  
rere ad assensum particularis articuli sine habitu acquisito.  
patet de paruulo baptisato: 2 nutrito inter infideles vel so  
litarie. nullo modo assentiret isti articulo / deus est trinus et  
vnus sine particulari habitu acquisito. ergo talis habitus in  
fusus non sufficit sine acquisito ad exundum in actus parti  
culariū articulorum. Sed ista opinio non videtur vera. Nā  
anteq̄ sit habitus acquisitus oportet quod precedant act⁹  
etiam fidei 2 certi / quia ille hitus causatur ex actibus simili  
bus. 2 anteq̄ habitus sint acquisiti precedunt actus: 2 ad il  
los concurrat habitus fidei infusus anteq̄ producat habitus

Additio.

tus fidei acquisitus. Dicitur quod requiritur aliquid aliud  
 concausans. vnde nunquam concurrunt habitus infusus quin con-  
 currant secum cause particulares / vbi non est in potestate ex in-  
 fuso habitu exire in aliquem actum quin habeamus causas me-  
 diantibus quibus possumus sine habitu infuso exire in similem  
 actum. Cum producitur primus actus fidei oportet de neces-  
 sitate habere motiuum cum imperio voluntatis: que duo se-  
 cluso habitu infuso producerent actum fidei: tali enim moti-  
 uo cum imperio voluntatis causatur actus fidei: et postquam ex  
 talibus actibus sic productis / frequenter / genitus est habi-  
 tus / possumus vti illis habitibus cum imperio voluntatis ad  
 eliciendum actus similes: et cum illis tunc concurrunt habitus  
 infusos. Nam quodcumque est causa particularis sufficiens  
 vt exeamus in actum credendi: si causa vniuersalis iungatur  
 concurrunt partialiter cum illa causa particulari. Ideo cum  
 ille habitus infusus secundum secundam opinionem concurrat  
 immediate ad omnes articulos particulares poterit cum  
 causa particulari concurrere ad assentiendum illis. Contra / successiue  
 siue duo contradictoria possunt esse articuli fidei: vt Christus non  
 morietur: est articulus fidei: et suum contradictorium / puta Chri-  
 stus morietur: fuit articulus fidei. ergo habitus fidei infusus  
 non potest immediate concurrere ad articulos particulares.  
 Patet / quia vna et eadem causa naturalis non potest imme-  
 diate agere effectus contrarios. Distinguo / vel eadem cau-  
 sa naturalis particularis / et sic verum est. vel causa vniuersa-  
 lis naturalis cum diuersis causis particularibus. et sic nega-  
 tur. Nam celum naturaliter concausat calorem et frigus cum  
 diuersis causis particularibus. ita similiter hic dicendum est.  
 Contra / habitus naturaliter concurrere ad vnum actum sem-  
 per natus est concurrere ad eundem: sed iste assensus qui iam  
 est fidei tamen contingentis hoc est respectu obiecti contin-  
 gentis: vt antichristus erit / potest esse falsus: et tunc habitus fidei  
 concurreret ad illum: vel negandum est quod habitus fidei imme-  
 diate concurrat ad articulos particulares. hoc est ad assen-  
 sus articuloz contingentium. Et ad argumentum cum argui-  
 tur / vna causa que sufficit concurrere ad vnum effectum semp  
 nata est concurrere immediate ad illum vel similem. negat hoc vni-  
 uersaliter. Nam per hoc probares quod charitas concurreret ad peccatum.  
 vnde quoniam illa causa est instrumentum motionis spiritus sancti non oportet  
 si concurrat immediate ad vnum effectum quod semp concurrat. Reso-  
 lutorie habetur quod habitus infusus immediate concurrat ad omnes assen-  
 sus particularium articuloz. Secundo nunquam concurrat ad illos assensus  
 nisi cum causa particulari vel causis particularibus sufficientibus per se et sine  
 tali habitu infuso producere illum assensum. aliquid illa causa particu-  
 laris non est fides acquisita: sed aliquid est aliquid motiuum. et non est  
 inconueniens quod successiue concurrat ad diuersos effectus siue assensus.

habitus infusus  
 concursus  
 aliarum causarum  
 requirit ad as-  
 gendum.

Resolutio.

## De causa actus fidei.

Additio.

[Per hoc soluitur multa in hac materia / sic potest dici qd caritas non procedit secundum extremum sue potentie ad producendum actum bonum: secundum motionem spiritus sancti vel motionem conatus voluntatis: sed non potest sic dici de habitu acquisito ut videtur: et per consequens non potest aliquis euadere quin res permanens habeat ultimum instans non esse: licet hoc non possit efficaciter probari de ultimo instante esse rei ratione habitus acquisiti.]

### [De causa actus fidei.

Cap. iij.



**V**ltima est in vltima opinione qd fides sint multi articuli et diuersi: tñ vnica est fides infusa / restant ergo nūc aliqua alia cōmunia de fide tractare: puta de causatione actus fidei q̄tum ad ei⁹ substantiā: et de tali actu secundum veritatem vel falsitatem. et vltimo de corruptione illius habitus infusi. Quantū ad causationem actus fidei supponitur primo qd actus fidei est assensus certus alicuius reuelati ineuidens. Ex eo ergo qd certus ab assensu opinatiuo qd est incertus: et timidolus differt ex eo autē qd ineuidens ab assensu scientifico qui est euidentis. Est ergo difficultas inter doctores quomodo talis assensus fidei causetur: an solū per rationē: an solum per imperiū voluntatis cū habitu fidei infuse / an requiratur vtrūq; tam scz ratio q̄ imperiū. Circa quaz difficultatē tres sunt opiniones: due extreme vna media. Quidā em̄ vt Okam. xxv. secundi sententiarū. Dicūt voluntatē posse se sola oēm actū fidei. Alij vt Holcot prima que. p̄mi sententiarū. putāt fidem solū posse p̄duci a medio captiuante intellectu: hoc qd oīs assensus fidei causat ex ratione necessitante et naturaliter p̄ducente illū assensum. Alia est opinio media quā putō verā et eam tenet de aliaco et de hoyta in p̄logo ponens tria et loquor semp de primo assensu fidei. primus assensus fidei nō causatur ex sola ratione. Ita qd sola ratio non sufficit ad illū producendū. Secundum imperiū voluntatis cū apprehensione obiecti credibilis non sufficit illū fidei assensum causare. Tertium ratio vel apparens a probabilis et tale imperiū simul iuncta sufficiūt causare illū assensum. pro declaratione notandū secundum Okam: loco preallegato. Non pōt imaginari qd aliquis assensus naturaliter causet hoc est per potētiam nature quocūq; sit ille nisi altero istorū quattuor modorū. primo ex qualicūq; noticia terminorū incōplexa siue intuitiua siue abstractiua: et sic ḡnatur assensus p̄ponū p se notat: sc̄do ex sola t̄miorū incōplexa noticia s; intuitiua et sic generat assensus euidentis p̄positionū p̄tingētū. Tertio ex assensu priorū p̄ponū applicatarū in bona p̄na ad assensū alterius causandū: et isto mō causant assensus propositionū scibiliū et probabiliū. Quarto per imperiū voluntatis si ponatur aliqd

tale. hoc supposito pbat qd nihil pure naturale est sufficiens  
 ad causandā fidē. patet si illud sufficit vel illud pure naturale  
 est noticia cuiuscūq; terminorū vel intuitiua tm̄ vel assēsus ali  
 cui⁹ applicati ad ppōnē creditā nō em̄ pōt imaginari qd assen  
 sus alijs naturaliter causet nisi altero istorū trium modorū.  
 Naturaliter dicunt distinguūt ptra libere. Nā si assensus cau  
 set pure naturaliter pmo mō tūc erit ppō p se nota & sic assēs⁹  
 euidēs erit: vel scdo mō puta ex sola intuitiua & sic iterū erit  
 euidēs qz natus causari mediate vel imediate ex sola termi  
 norū incōplexa noticia vt dicit okam in plogo. Si dicas tertiū  
 puta qd ex assensibus pōrib⁹ naturaliter. tūc vel illi assensus  
 sūt euidētes vel assensus opinatiui vel assensus fidei. Si pmi  
 ergo causabūt euidentē assensū: si opinatiui ḡ cābunt opinio  
 nē & sic assēsū icertū si sint assēs⁹ fidei iā qro vt p̄sus. vel isti pō  
 res cānt ex sola noticia & cetera vt p̄sus. Et sic necessario opz  
 deuenire ad assensū fidei qd nō causat ex pure naturalib⁹: non  
 potest ergo defēsari qd assensus fidei ex causis necessitatibus  
 intellectū natura l̄r. & ita patet primū. [hoc nō oportet qd qd  
 dicat & ratio ē qz pōr assensus opinatiui⁹ ex sola apphensione  
 terminorū causet vel pcedendū esset in infinitū i causatiuis ta  
 liū ergo eodē mō pōt dici de pmo assensu fidei: & ita videt dicē  
 dū psequēter ad gregoriū alias opz pcedere pmi assensū fidei  
 esse malū qd nō ē dicendū. Sed forte dices oporteret qd dicat  
 primū actū spei malū ergo eodez mō incōuenit de alio. hoc  
 nego qz nō oportet qd act⁹ spei pcedat actū caritatis vel ha  
 bitū. secus ē de pmo actu fidei & ita mihi v̄r p nūc dicendū.]  
 Secundū quod videt oppositū dictis okam. patet pmo au  
 ctoritāte cōmētato. ij. de aīa dicētis qd opinari nō possum⁹ cū  
 volum⁹ lz imaginari qdē sic ex qd sequit qd nec nos possumus  
 credere cū volum⁹. patz: volūtas nō p̄t ipare intellectu vt opi  
 net ad nutū sine motiuo ḡ nō pōt impare ei qd credat sine mo  
 tiuo. Et pfirmat qz ad oppm̄. istius dicti sequitur qd volūtas po  
 test facē assentire intellectū cuiuscūq; ppōi sine motiuo. & sic p  
 pōi neutre puta huic astra sūt paria p̄ns est falsū & p̄ experie  
 tiā alia volūtas. Et facē de qlibz ppōne qm̄ eēt dubia ḡ nō  
 ē i ptate volūtat⁹ p solū iperū cā apphēsiōe simplici qd causet  
 fidei assēsus. patz secluso iperio talis ppō esset neutra. ḡ si vo  
 luntas p solū impiū nō pōt causare opinionē ḡ neq; fidē: qz qd  
 nō p̄t in minus nō p̄t i maius. Alij de oppōita opione dicerēt  
 qd nō seqt nō p̄t i min⁹ ḡ nō p̄t i mai⁹ & ita nō seqt impiū volūta  
 tē nō p̄t causare opinionē ḡ nec fidē. Tertiū v̄z qd rō pbabilis  
 qd se sola cāret opinionē supueniēte impio volūtat⁹ cū t̄li ipe  
 rio ē sufficiens ad cāndū assēsū fidei. patz assēs⁹ fidei ē qdāmō cā  
 bilis & nō p̄t natura l̄r ex sola rōne nec ex solo impio volūtat⁹  
 cāri: & non apparet ex qbus alijs causet ḡ requirunt illa duo si  
 mul iūcta puta ratio pbabilis siue thopica cū impio volūtat⁹

Additio.

## De causa actus fidei.

Nam cum adducitur apparentia que se sola causaret opinionem et superueniat imperio voluntatis affectio ab illis duobus quorum neuter seorsus sufficeret causatur talis assensus fidei. Sequitur ex dictis falsitas illius opinionis que dicitur cum habitu fidei infuso et cum solo voluntatis imperio potest quis exire in actum fidei: quod patet de paruulo baptisato. Semp ergo ad primum fidei assensum requiritur suasio aliqua siue motiuum: et sic ad primum assensum fidei non sufficit ratio thopica siue ratione sola nec sufficit solus voluntatis imperium: sed ambo simul requiruntur. ¶ Dico primum fidei assensum. Nam non volo negare quin aliquis assensus fidei in habituato concurrente imperio voluntatis (habituibus enim utimur cum volumus) generetur. Similiter non nego quin aliquis assensus fidei naturaliter generetur puta qui causatur ex aliis assensibus fidei. Semp tamen mediate vel immediate libere causatur. Inferuntur aliqua correlaria. primum quod adducta ratione apparentiore et supposito imperio voluntatis est maior assensus fidei non tamen magis meritorius nec magis bonus. Patet prima pars vna causa partialis illius effectus augetur et altera non diminuitur: ergo totum aggregatum ex omnibus illis causis augetur: ergo est maior assensus. Secunda pars sic patet: ille assensus non est bonus nec meritorius nisi extrinsece scilicet a voluntate intrinseca imperante: si illa voluntas manet eadem igitur. [U videtur eodem modo dicendum quod si essent duo quorum vnus esset in caritate ut octo: et alter in caritate ut. iij. et conarentur equaliter ad actum producendum equaliter mererentur: quia gratia agit ut causa naturalis sicut ratio topica: ergo non erit actus eius magis meritorius. et sic est dicendum secundum Dionysium licet teneas postea oppositum contra Dionysium. tamen ratio est apparens.] Secundum correlarium. Si duo sint equaliter assentientes vni propositioni de fide et vnus habeat rationem minus apparentem quam alter: assensus eius de necessitate est melior quam assensus alterius. patet bene sequitur iste equaliter assentit et habet rationem minus apparentem: ergo habet maius imperium et ex maiori conatu imperat: ergo illud imperium est melius et per consequens melior. Tertium correlarium quod simpliciter et absolute ratio thopica possit concurrere ad assensum fidei sine imperio voluntatis et econuerso imperium voluntatis sine ratione thopica hoc tamen non potest fieri naturaliter. Secunda pars est supra probata et prima patet sic. Quandoque sunt due cause distincte deus potest supplere causalitatem vnius et non alterius (et hoc in causis efficientibus) cum ergo ista ratio et imperium concurrant effectiue ad assensum fidei producendum deus poterit supplere causalitatem ipsius rationis et non causalitatem imperii et econuerso causalitatem imperii non supplendo causalitatem ipsius rationis: et tunc cum illo auxilio speciali et cum vel

Additio.

solo imperio causabitur assensus fidei. Difficultas comunis  
 ratio probabilis non pot cōcurrere ad actū fidei/ ergo funda-  
 mentum falsum. probatur antecedens/ ratio pbabilis natu-  
 raliter 2 ex ppria natura causat assensum opinatiuū quicquid  
 assensui fidei cōtrariatur: ergo nō potest causare assensum fi-  
 dei tenet cōsequētia qz agēs naturale cum sit determinatu/ 2/  
 ad vnū nō potest in effectus cōtrarios: nam teste Aristotele  
 scō perihermenias. potentie irrationales nō valent ad op-  
 posita. forte ad istud dicetur concessio ante negādo psequētia  
 et ad pbationem cōcedendo: bene verum esse qd agens na-  
 turale nō potest effectus cōtrarios pducere tanq̄ causa to-  
 talis lz hoc negaret burlesus/ qz calor scōm eum calorem pdu-  
 cit tanq̄ terminū ad quē 2 frigus in remissione sed tanq̄ cau-  
 sa totalis vnū pducit 2 tanq̄ partialis contrariū. Utrūq̄ nō  
 est inconueniens sicut assensus euidentis pmissarum cū assen-  
 su euidenti bonitatis p̄he causat assensum euidentē conclu-  
 sionis. Et idē assensus euidentis pmissarum cū opinione bo-  
 nitatis p̄he causat opinionem cōclusionis: et qd ille assensus  
 euidentis pmissarū cōcurrat ad assensum opinionis. arguit  
 sic. qz illo assensu remoto 2 posita sola opinione bonitatis  
 p̄he nō causaretur opinio conclusionis: ergo ille assensus pre-  
 missarum cōcurrit 2 non in ḡne cause finalis 2 non formalis  
 nec materialis: ergo in ḡne cause efficiētis. Sed forte repli-  
 catur sic. Quando aliqua causa naturalis naturaliter pducit  
 aliquē effectū se sola quocunq̄ adiutorio dato non potest in  
 cōtrariū q̄q̄ vna causa cum vno adiutorio posset vnū effectū  
 pducere 2 cum altero adiutorio alterum pducere: sed ratio  
 thopica se sola pducit opinionem tanq̄ causa totalis: ergo  
 cū nullo adiutorio posset causare fidem cōtrariā. Et antece-  
 dens suadeo/ qz cum ignis naturaliter tanq̄ causa totalis se  
 cunda pducit calorem nō pot pducere frigus cū quocūq̄  
 adiutorio. Ad istud breuiter dicēdum est negango assumptū  
 et datur instantia apud doctrinā guillermi Occhā. i. q. plo.  
 In solutione ad primū dubium/ noticia intuitiua conseruata  
 a solo deo (obiectū disrupto) cū intellectu naturaliter pdu-  
 cit tanq̄ causa totalis secūda assensum quo iudicem rē in-  
 tuitiue cognitā nō esse sed cū obiecto p̄sente naturaliter p-  
 ducit assensum cōtrariū quo scilz iudicem illā rē esse. habet  
 ergo ipse Occhā negat hanc p̄positionē vniuersalē. Quā-  
 docunq̄ est aliqua causa pure naturalis 2 totalis potens in  
 aliquē affectum nō potest cum adiutorio in cōtrarium/ q̄uis  
 ergo ratio thopica sit causa naturalis 2 totalis assensus opi-  
 natiui cum adiutorio tamen pducit cōtrariū assensum. di-  
 ces/ ergo naturaliter 2 de per se concurrat ad destructionem  
 sui effectus naturalis. Patet/ nam causa producens aliquid  
 de per se etiam de per se concurrat ad destructionē contrariū

maxima.

## De causa actus fidei.

effectus per se existens: dico quod concedendum est quod sicut est  
causa de per se partialis, productionis alicuius ita est causa de  
per se partialis corruptionis sui contrarii. ideo si talis ratio  
se sola naturaliter producat opinionem conclusionis et postea  
debeat cum imperio de per se tanquam causa partialis assensum  
fidei producere corrumpet suum effectum quem prius produxit:  
eritque partialiter de per se sui effectus corruptiva. forte dices  
sequitur ex isto eodem modo quod habitus opinatiuus alicuius propositi-  
onis cum demonstratione ad illam propositionem actiue con-  
currit ad scientiam illius propositionis. Quod si concedas: ergo  
assensus scientificus illius propositionis non corrumpet illum ha-  
bitum opinatiuum cum effectus non sit per se corruptiuus sue  
cause et per se scientia habitualis et opinio habitualis se com-  
patientur. Et istud argumentum est quod in hac parte ma-  
gis ponderandum videtur. Ex his omnibus probabiliter teneo  
quod ratio thopica iuncta demonstrationi actiue concurrat  
ad scientiam conclusionis: et demonstratio cum ratione thopica  
maioris scientiam intensionis producat quam se sola produce-  
ret demonstratio: et apparentia magna est: quia post demon-  
strationem frequenter adducunt doctores rationem thopicam  
quod inane foret: nisi cum demonstratione auget scientiam  
ratio thopica: et istud tanquam probabiliter assero. Contra quod ar-  
gueret aliquis: quoniam sunt duo agentia naturaliter et suf-  
ficienter productiua contrariorum effectuum eidem passo applica-  
tuum impedit aliud ne tantum effectum producat quantum  
alias sine eo produceret vel saltem quod non eque cito vel quod  
non producat si sint equalis actiuitatis: et hinc est quod habitus  
temperantie cum equali conatu non producat  
tamen actum temperantie quantum produceret si non haberet  
habitum intemperantie: ergo ratio thopica adiuncta demon-  
strationi ad eandem conclusionem non solum non adiuvat primam de-  
monstrationem: sed impedit ne tantam scientiam producat quantum  
se sola produceret. insuper est apparentia quod quando effectus  
vnius cause disponit ad effectum alterius quod prima iuncta al-  
teri iuuat eam quam effectus eorum proprii sunt impossibiles. ut  
patet apud eos qui ponunt in generatione substantiam reiditionem  
fieri usque ad materiam primam. Item in generatione hominis  
apud eos qui ponunt vnam tamen esse animam rationalem non potest  
autem ita esse in proposito: ergo irrationabiliter hoc asseritur.  
Ad argumentum dicitur quod assumptum est vniuersaliter verum in  
causis naturalibus quod nulla est nata iuuare reliquam quam ad  
modum non est in proposito. Sed quereretur aliquis: unde pue-  
niat quod sunt aliquae cause naturales effectuum contrariorum pro-  
ductiue in quibus simul iunctis vna reliquam iuuat in alijs non  
non solum non iuuat se sed impediunt. Breuiter dicendum est quod nulla  
altera ratio assignari potest nisi quia hoc est hoc et illud est illud



Sicut admodum apud Scotum et Occam plerisque responderi solet et de vniuersis habemus probabilitatem per experientiam aut rationem de alijs nequaquam. Alia difficultas sit fortis cui adducantur rationes eque sibi probabiles et apparentes ad a/ propositionem et ad b/ suum contradictorium: sequeretur quod esset in libera potestate fortis cui vellet partium assensu firmo assentire. prout est falsum: ergo et antecedens. Probo sequelam: et sic. c. imperium voluntatis quo imperet assensum a/ propositionis. tunc sic arguo. c. imperium et ratio adducta ad. a. propositionem sunt maioris actiuitatis in causando assensum. a. propositionis quam sit ratio thopica sola que adducit ad. b. ad impedendum ne causetur: ergo causant aliquem assensum sed non apparet quem nisi assensum fidei. igitur. sed falsi consequentis probatur. quoniam adducuntur ad aliquam propositionem et suum contradictorium rationes eque fortes illa remanet equaliter neutra: sed propositioni neutre non potest intellectus ex imperio voluntatis assentire assensu fidei: ut supradictum est: ergo nec illi propositioni. Probatur maior quia quantum nata est ratio adducta ad. a. agere ad aliquem assensum ipsius. a. producendum tantum ratio adducta ad. b. nata est impedire: ergo tunc ratio adducta ad. a. nichil agere et per consequens si superueniente. c. imperio voluntatis producat aliquis assensus ipsius. a. erit totaliter ab imperio. Et confirmatur. Sequeretur quod adducis rationibus ad. a. et b. contradictoria et ratio ad. a. esset minus apparens michi quam ratio adducta ad. b. esset in mea potestate assentire et dissentire. b. etiam firmiter per imperium voluntatis quod tamen satis videtur absurdum quod scilicet possim contra rationem michi magis apparentem dissentire probatur tamen sequela: et sit ita quod ad. a. adducatur ratio c. alicuius apparentie ad. b. vero in duplo magis apparens ratio adducatur. Tunc sic arguo poterit tantum augeri imperium voluntatis ad assentiendum ipsi. a. quod ipsum et ratio. c. erunt maioris actiuitatis in producendo assensum. a. propositionis quam. d. ratio ad producendum assensum. b. propositionis et per consequens ad impedendum assensum. a. ergo tunc agere. Et confirmatur secundo. Sequeretur quod imperium voluntatis se solo posset producere assensum fidei. prout est contra predicta: probatur tamen sequela: ad. a. propositionem adducatur. b. ratio thopica superueniat. c. imperio voluntatis ad causandum actum fidei respectu ipsius. a. Tunc sic arguo: et pono quod diminuat apparentiam. b. rationis usque ad subduplum et augeat. c. imperio voluntatis in tantum quod totum sit semper equalis virtutis remanebit semper equalis actus fidei: ergo poterit tamen augeri illo imperio quod quibus diminueret apparentiam. b. rationis usque ad non gradum nichilominus assentire. Confirmatur tertio. Pono quod sint duo predicatores predicantes duo contradictoria eide populo de quibus illo loco est equalis

## De causa actus fidei.

fama qui adducant rationes eque apparet tunc queritur quid  
vetula faciet: videtur quod si se determinet ad vnaz ptem qd  
peccabit. Confirmatur. iiii. si voluntas impet actum creden-  
di vel virtuose vel non. Si dicas qd virtuose qd illud imperium co-  
formaf dictamini recte ratiois. ergo intellectus iudicat sic esse  
credendum/ et illud dictamen siue iudicium est fidei: alias intelle-  
ctus non esset sciens / ergo causatum mediante altero imperio de  
quo iterum queritur sicut de altero. Et sic apparet vel proces-  
sus in infinitum quod est absurdum / vel quod voluntas imperet  
actum credendi non virtuose cuius oppositum videntur dice-  
cere oes sancti. ¶ Ad hanc difficultatem dicitur primo qd po-  
terit ex imperio assentire / a / et similiter / b / quinimo aliqui pro-  
pter imperium multum intesum alicui proponi ad quam minus  
apparentes sunt rationes: assentimus quod sane videtur pre-  
sertim in affectatis doctrine alicuius doctoris: et sic concedi  
conclusio quod adueniente imperio voluntatis possem assentire  
alicui proponi que esset mihi totaliter neutra secluso voluta-  
tis imperio. Et ad argumentum qd michi videtur difficile. Cum sic  
arguis: ratio adducta ad / b / tamen nata est impedire rationem  
adductam ad / a / ne producat assensum / a / quantum ratio ad /  
a / nata est agere ergo nihil aget. dicitur negando sequentiam s  
solum sequitur qd illa ratio sine adiutorio non ageret: sed cum adiu-  
torio non oportet quod sequatur. sicut si trahere aliquid ex vna  
parte et plato ex alia eque fortiter trahat et superueniat cicero  
qui me adiuuet tunc plato possit tantum impedire quod non  
traham sicut possum trahere non tamen sequitur quin traham cum  
adiutorio. Posset scdo alius tenere et non posset difficulter im-  
pugnari quod per quodcumque imperium voluntatis non posset  
credere et sequenter diceret quod ratio thopica non est nata cum  
imperio voluntatis actiue concurrere ad actum fidei nisi pro-  
tunc posset sine eo opinionem conclusionis producere. Prima  
tamen ratio michi probabilior videtur. ¶ Ad primam confir-  
mationem concedenda est sequella sequenter loquendo ad  
primam solutionem superius datam / concedendo quod possum  
dissentire conclusioni rationis magis probabilis quam ad oppo-  
sitam propositionem est aliqualis ratio alias non possem. Ce-  
nendo vero secundam solutionem: diceretur quod nunquam assenti-  
re / a / propositioni quantuncumque adueniret imperium. Ad secun-  
dam confirmationem Negatur sequella: ad probationem dato  
antecedere: dico qd in instanti terminante diminutionem illius ra-  
tionis probabilis totaliter corrumpetur assensus fidei supposi-  
to quod dependeat in conseruando a causis a quibus produ-  
ctus est propter desitionem vnius cause conseruatis: tunc admo-  
dum posset dari exemplum. Sit lumen vt duo in aliquo ae-  
re per quem / a / albedo producat suam speciem poterit tantum  
augeri / a / albedo quod tantam speciem producat tunc lumen

ad subduplū remittat: poterit ḡ tm̄ augeri albedo qđ lumie  
 ad nō gradū remisso producet tantā speciē / claruz est enī qđ  
 nō valeat cōtra quippe lumen est causa necessario requisita vt  
 color possit suam speciē in dyaphano producere: vt patet se-  
 cūdo de aia. ¶ Ad tertiam Confirmationē conformiter ad  
 okam respōdendo dicendū est qđ si illi vetule non pateat lo-  
 cus interrogandi p̄itos alios debet se ad deum conuertere  
 qui non denegabit adiutoriū ad necessaria ad salutē et ante  
 teneb nulli parti assentire. ¶ Ad quartā confirmationē re-  
 spondendū est conformiter ad okam qđ primū imperiū volū-  
 tatis nūq̄ est meritorium: nec moraliter bonū. Et hoc videt̄  
 manifeste probare argumētū / quia alias esset in infinitū pro-  
 cessus in actibus credendi quia iudiciū quo iudicat intellect⁹  
 quod deus est: est actus fidei. ergo mediante imperio volun-  
 tatis causitas: et iterum si illud imperiū sit virtuosuz oportet  
 intellectum iudicare qđ ita sit iudicandū / puta qđ credendū  
 sit qđ deus est: et sic in infinitū. veruntamen apđ illos qui di-  
 cunt qđ ad actum bonū et meritorium nō requiritur actualis  
 prudentia: sed soluz sufficit aptitudinalis prudentia puta qđ  
 talis actus sit conformis rationi recte si adesset et nō sit ratio  
 cōtraria in intellectu: aut qđ ad actum moraliter bonū suffi-  
 ciat dictamen opinatiuum de quo inferi⁹ tractatu tertio: ca-  
 pite tertio differet stare illud primū imperiū esse meritoriū  
 et virtuosum. ¶ Alia difficultas Si imperiū voluntatis cum  
 ratione probabili sufficiat producere aliquem assensum con-  
 clusionis cōtrariū in specie aliuz ab illo quē per se produce-  
 ret illa ratio thopia. Pari ratione imperiū volūtatis et demō-  
 stratio sufficient producere aliquē assensum aliū ab eo quez  
 se sola pduceret demonstratio. Et tunc queritur qualis erit  
 assensus ille vel intellectus vel sapientia vel scientia vel pru-  
 dentia vel ars. Si forte dicatur qđ producent aliquē assensū  
 qui erit scientia erit tamen perfectior assensu quem se sola  
 produceret demonstratio. Contra. assensus ille non erit eui-  
 dentia / ergo non erit perfectior et c. probatur antecedēs: nō  
 erit natus causari mediate vel immediate / ex sola termina-  
 tionem notitia immo ad ipsum causandū erit necessaria vo-  
 luntas. Et confirmatur si ad primuz actum fidei sit necessa-  
 ria ratio thopica poterit ergo quis cogi ad non credenduz.  
 Probatur sequella quia poterit illi ostendi aliquo argumen-  
 to quod non sciet ille soluere quod sua ratio thopica nullam  
 habet apparentiam quo facto non poterit credere / ergo in-  
 iutus ad non credendum trahetur. ¶ Confirmatur secūdo.  
 Capiō primū actum fidei quem habet aliquis: tu dicis quod  
 ad istum causandum concurrat ratio thopica. Jam queritur  
 vel antecedenti illius poterit tunc ex imperio voluntatis as-  
 sentire assensu fidei vel non. Si non / ergo poterit firmitus as-

*hic difficultat  
argumenta*

## De causa actus fidei

sentire conclusioni alicuius rationis probabilis quod possit antecedenti. Si sic cum ad illud antecedens non est ratio thopica: ut supponitur absque ratione thopica poterit quis assentire alicui propositioni. ¶ Ad hanc difficultatem potest dici primo quod non potest imperium voluntatis cum demonstratione in assensum maiorem alterius speciei ab illo quem ratio demonstrativa se sola causaret. et ratio: quia respectu conclusionis non potest esse assensus perfectior possum tamen in intentionem speciei assensum: quia opinativus non est perfectissimus qui possit respectu illius conclusionis esse: unde autem hoc proveniat non potest dici nisi ex rerum natura: dico secundo quod possunt in effectum perfectiorem etiam essentialiter. Et tunc ad improbationem nego quod non esset evidentia: et ad probationem concedo antecedens scilicet quod non est causatus nec natus causari mediate vel immediate ex sola terminorum incompleta noticia: nec hoc requiritur: sed sufficit quod emittenter contineat aliquem assensum sic causabilem: et ita est de primo assensu: et non sic est de fide: quia assensus iste continet eminenter assensum quem demonstratio causaret se sola. ¶ Ad primam confirmationem concedo illatum quod aliquis potest cogi ad non credendum aliquam propositionem quam credit. Si evidenter ostendatur ei non esse aliquam apparentiam in ratione thopica propter quam credit: et quod similiter sit ratio sophistica. Et istud certum est sicut potest quis cogi ad non opinandum propositionem quam opinatur. Sed inde non potest inferri quod quis cogetur esse infidelis cum non possit evidenter ei ostendi quod ratio quam habet respectu eorum que sunt fidei catholice sit nullius apparentie. ¶ Ad secundam confirmationem dico breviter quod antecedenti primo rationis thopice non potest assentire firmiter nisi ad illud antecedens habeat aliam rationem: et tunc non erit prima quia opposito dato sequitur quod actus causatur per solum imperium voluntatis quod probatur: quia opinio qua assentit antecedenti illius rationis non potest tunc concurrere ad fidem illiusmet antecedentis cum non possit esse in illius si causatur fides ille assensus non est: et concedo correlativum quod firmiter possum assentire conclusioni alicuius rationis propositione que prima adducitur per imperium voluntatis quem antecedenti illius possum. ¶ Alia difficultas precipua in hac materia. Sequeretur ex ista opinione quod quicunque haberet assensum opinativum antecedentis alicuius consequentie quam scit esse bonam haberet in sua potestate assentire firmiter et certitudinaliter consequenti: sed hoc est falsum. sequella patet: et falsitas consequentis probatur. Capió duas propositiones / a / et / b / que mutuo sequuntur ad

se inuicem in bona consequentia: ut iste luna est ecliphsabilis  
 et inter solem et lunam potest poni corpus opacum quarum  
 quelibet in bona consequentia infert reliquam: ut notum est  
 cum inter se conuertantur. Et volo quod vtraque nunc sit mi  
 chi neutra / et quod immediate post hoc assentia opinatiue /  
 a / quo facto esset in mea potestate assentire firmiter / b / et non  
 assentire quoniam formata illa consequentia constat michi  
 quod sit bona. Et antecedens est ratio probabilis. igitur po  
 sito imperio voluntatis: sequitur assensus firmus. Sit igitur  
 ita quod ego assentio firmiter / b / tunc sic: ego scio quod  
 a / est consequens / ad / b / b / est certum: ergo / a / est certum igitur  
 tur vel ille due certitudines mutuo se causant: vel a solo im  
 perio voluntatis causantur quorum vtrumque est inconueni  
 ens. Primum quidem quia sic effectus causaret suam causam.  
 Secundum vero quia solum imperium voluntatis sine mo  
 tiuo sufficeret causare assensum firmum. Prima consequentia  
 est nota quoniam certitudo non potest causare: nisi certitu  
 dinem: si igitur a est certum: et est antecedens inferens / b /  
 igitur / b / est certum. Et secunda consequentia probatur quo  
 ad primum illatum. Quia quero a quo causatur certitudo / a /  
 Si dicas quod a certitudine / b / et certitudo / b / causata est per  
 casum a / certitudine / a / et sic sequitur illatum quod effectus  
 causaret suam causam. Si dicas quod ab opinione / b / cau  
 satur certitudo / a /. Contra in omni philosophia. Quando  
 tunc aliquid agit effectiue oportet quod illud sit: sed opi  
 nio / b / tunc non est igitur non causat certitudines / a / et quod  
 opinio b / tunc non sit. Patet quia in primo instati in quo / a / est  
 certum b / est certum oportet igitur quod dicatur secunda pars  
 illati scilicet quod certitudo a causatur a solo imperio volun  
 tatis. Respondetur quod oportet de necessitate fateri illatum  
 scilicet quod in eius potestate est certitudinaliter assentire  
 conclusioni vel non assentire. Et ad argumentum in illo casu  
 negatur quod a sit certum: nisi habeatur imperium voluntatis  
 ad / a / cum aliqua alia ratione motiua ad / a / Et ad probatio  
 nem b / est certum: certum est quod ex / b / sequitur / a / igitur  
 tur / a / est certum. Negatur consequentia: sed bene oportet  
 concedere quod incipit corrumpi opinio ipsius illo tunc hoc  
 est quod / b / incipit corrumpere assensum opinatiuum de / a /  
 quia certitudo / b / cum certitudine consequentie naturaliter  
 sunt productiue assensus certi de / a / et inueniunt contra  
 rium. Ideo nunquam introduceretur assensus firmus de / a / quo  
 usque scit assensus opinatiuus totaliter corruptus. Et oportet  
 concedere quod effectus incipit corrumpere suam causam  
 partialem / et tandem producit oppositum sue cause effi  
 cientis. Et quod illa consequentia non valet / b / est certum:  
 et certum est quod ad / b / sequitur / a / igitur / a / est certum.

## De perditione habitus fidei.

Ratio est quod in intellectu est aliquid repugnans certitudini / a / ideo non causatur certitudo / a / et oportet addere et intellectui nichil est impossibile certitudini / a / igitur a est certum. Sed dices igitur aliquid produceret per se et naturaliter corruptivum sui et impossibile sibi: et sic idem corrumpere seipsum. Patet de sensu opinatio / a / causante certitudinem de / b / impossibile sibi et corruptivam ipsius opinionis / a / ut patet in casu concedenda sunt illata. Ecce forte et bonum argumentum in hac materia videtur tamen fortificari si ponatur quod assensus debeant successive produci et corrumpi secundum opinionem quam contra substantatur quod nullum agens naturale potest aliquid producere aut corrumpere in instanti. [Revera hoc argumentum est subtile et ex consequenti videtur concedendum quod nullus effectus potest corrumpi totus simul ab aliqua causa naturali / et sic stat assentire premissis et bonitati consequentie et non conclusioni: et hoc ideo quia quelibet res diligit se permanere in esse.]

Additio

## De perditione habitus fidei.

Cap. v.

**Q**onsequenter videndum est quomodo habitus fidei perditur: et possumus loqui de habitu acquisito et talis ut satis dictum est in materia habituum corrumpitur per actus contrarios illis ex quibus generatus est. sed loquemur hic precise de infuso. et sit propositio prima. habitus infusus non perditur per quodlibet mortale. patet. opposito dato sequeretur quelibet existente in mortali esse infidelis. consequentia probatur: homo non dicitur infidelis a carentia habituum fidei acquisitorum ut dicunt hoc. alias parvulus baptizatus esset infidelis: quia non habet nisi habitum infusum. Similiter ille qui est multum habituat circa omnes articulos fidei per primum peccatum heresis efficeretur infidelis: tamen habet adhuc omnes habitus acquisitos: quia non perduntur per unicum actum. ergo. Preterea non dicitur infidelis a carentia actus fidei: quod alias existens in gratia dei dormit esset infidelis. ergo oportet de necessitate dicere quod precise dicitur infidelis: quod caret habitu fidei infuso. igitur ois in peccato existens esset infidelis si perderet habitum infusum. ~~et non falsum est cum sit christianus.~~ ¶ Secunda propositio. fides infusa non perditur per quodlibet actum contrarium actui ad quem inclinatur. et hoc supponendo quod inclinatur immediate ad omnes articulos. patet. non perditur per evidentiam. alias paulus in raptu habens evidentiam multorum credibilium (quia vidit arcana que non licet homini loqui) perdidisset fidem infusam. nam evidentia circa articulum opponitur actui fidei circa illum articulum. Similiter patet de multis qui intuitively viderunt humanitatem christi / habuerunt evidentiam aliquorum articulorum: et tamen erant fideles: sed evidentia est actus oppositus actui fidei eiusdem: igitur. Preterea est aliquis error oppositus fidei invincibilis.

Prima propositio.

habitus infusus non perditur per quodlibet mortale.

Secunda propositio.

De perditione habitus fidei. Fo. lix.

talis error nō est peccatum. Igitur per ipsum non perditur fides. et tamen opponitur assensui ad quē inclinatur immediate fides infusa. ergo secūda propositio satis probata relinquitur.

Tertia ppō

¶ Tertia propositio. Fides infusa non perditur solum p peccatum heresis. patet. ille qui est infidelis sine pertinacia est infidelis sicut dicitur est: quia per illud mortale infidelitatis perdit infusam: et tamē non est hereticus: quia in peccato heresis requiritur pertinacia. et q perdat fidem: patet qz alias ipsa staret cum dissensu cuiuslibet articuli non pertinaci.

Quarta ppositio.

¶ Quarta propositio. potest perdi fides infusa sine quocūqz assensu infidelitatis. patet. qui dubitat in fide infidelis est p beatum Augustinum. igitur dubitatio in fide sufficit ad perducēduz fidem infusaz: siue est demeritoria perditionis fidei infuse: et stat dubium in fide sine quocumqz assensu. nam qui apprehendit aliquem articulum / nec assentit / nec dissentit: dubitat. immo qui nec vult assentire: nec dissentire quibus illō ei ostendatur per sacras litteras: talis est infidelis: et tamen non habet assensum oppositum / sed solum dubium / quia nec vult assentire nec dissentire: pure negative se habet / talis dicitur dubius in fide: et perdit fidem infusam: et dicitur infidelis.

Quinta ppō

Ideo Occham diffiniens hereticum addit diffinitioni: vel pertinaciter dubitans vide in dialogo suo. Ita q ille est infidelis qui dissentit scienter articulo fidei vel dubitat pertinaciter. ergo sine quocūqz assensu / vel dissensu potest perdi fides infusa. ¶ Quinta propositio. potest perdi fides infusa sine dissensu articuli fidei sine dubitatione eiusdem: et sine assensu cōtrarie vel contradictorie propositiois. patet. dicit Tho. secunda secunde questi. secunda in ultimo articulo: cū querit vtrū ratio adducta ad ea que sunt fidei diminuat meritum. dicit q si adducatur ratio demonstratiua alicuius articuli: et in tali sit equalis ratio animi siue voluntas ad credenduz sine tali ratione / hoc est q habeat propositum firmū: q dato q nulla talis ratio adesset nō minus assentiret illi articulo / est equalē meritū fidei. Tunc arguitur sic. ergo per oppositum si ha-

beret ratio demonstratiua nisi haberem rationem demonstratiuam esset demeritum infidelitatis: sicut alter habet meritū fidelitatis: et ultra habet demerituz infidelitatis. igitur perdit fidem infusam: quia tale sufficit ad amissionem fidei infuse. nam si ratio demonstratiua non esset talis sic volens nullo modo assentiret illi articulo. Igitur tunc esset infidelis. sed per hoc q ex euidētia assentit non magis dicitur fidelis. igitur tale propositum non assentiendi articulo fidei: nisi adsit ratio demonstratiua sufficit ad perdendum habitū fidei infuse. igitur quinta propositio vera. ¶ Sit sexta propositio. Meritum fidei non est ex assensu / sed ex voluntate assentiēdi etc. pari forma meritum infidelitatis est nolle assentire re

Sexta ppō.

## De perditione habitus fidei.

Meritū fidei ē ex voluntate assentiendi.

uelatis. hoc vult dicere q̄ fides infusa perditur p̄ omne peccatum formale infidelitatis. Unde peccatum formale infidelitatis nō est actus intellectus / quia nullus talis formaliter est peccatum: sed est actus voluntatis: scilicet nolle assentire scienter articulo fidei: v̄ nolle assentire articulo fidei nisi adsit ratio demonstratiua. Nam sicut meritum formale fidei non est ex assensu: ita demeritum fidei non est ex dissensu: sed est ex voluntate. Nam meritū fidei est ex velle assentire articulo fidei: vel ex velle non minus assentire articulo fidei vbi nulla ratio demonstratiua esset: ita demeritū infidelitatis est ex nolle assentire &c. Si igit̄ cū assensu euidentē alicuius articuli fidei est simul nolle assentire: nisi esset ratio euidentē: est demeritū infidelitatis: sed̄ v̄tra q̄ est amissio fidei infuse. Ex quo sequit̄ q̄ q̄n aliquis dissentit articulo fidei vel dubitat v̄ nult assentire nisi adsit ratio demonstratiua illi articulo p̄dit fidē infusam: & est i fidelis. sed nō est hereticus nisi alteri illorum trium insit pertinacia. Ubicunq; ergo est illud ex parte voluntatis a quo prouenit demeritum infidelitatis / puta nolitio assentiendi perditur fides infusa: sic in quocunq; est illa volitio in voluntate a qua depēdet meritum fidei habet talis meritum fidei q̄uis non habet actum fidei. [Contingit etiam dubitare in fide & opinari non male agendo patet: habere ignorantiam inuincibilē. Igitur dubitās tunc vel assentiens cum formidine non male aget. Sed vbi constat vel cōstare debet: dubitans vel opinans male agit immo etiam demeritum infidelitatis potest haberi sine omni nolle v̄t indubitante: secus est de merito.] Querit̄ consequenter v̄trū ex assensu infidelitatis perdatur habitus infusus fidei. i. fides infusa ex vi formalis contrarietatis & repugnantie vel solum demeritorie. Ad hanc dubitationem ponit occham in tertio quolibeto. q. vii. duos modos dicēdi quos reputat̄ pbabiles. Primus modus dicēdi est q̄ omnis dissensus articuli fidei repugnat duobus modis fidei infuse sc̄z demeritorie & formaliter contrarietate. & si sic corrumpit fidem infusam tanq̄ contrarium formaliter repugnans. Secundus modus dicēdi est q̄ solum demeritorie ei opponitur: & q̄ fides infusa tantum corrumpitur demeritorie: & iste modus videtur probabilior & verior. & ratio est. Nam possibile est q̄ in aliquo sit aliquis assensus oppositi articuli: vel dissensus articuli inuincibilis quo facto erit ille dissensus articuli cum habitu infuso fidei: ergo non est formalis repugnantia inter illos. & non est dicendum q̄ deus facit illi miraculum miraculose conseruando fidem infusam cū illo dissensu sed mere naturaliter sunt simul. Igitur non repugnant formaliter: & v̄tra: si ille idem assensus successiue incipiat fieri vincibilis / perdetur fides & tamen non erit tunc maior repugnantia q̄ nunc. Igitur solum corrumpitur

Additio.



demeritorie per dissensum articuli & non ex forma repugnantia.

De obiecto fidei.

Cap. vi.



Sum est quomodo perditur fides infusa: & hoc loquendo in viatore & conclusum est quod quando in aliquo est formalis infidelitas siue talis habeat dissensum articuloꝝ / vel assensum oppositorum / siue dubium siue nolitionem assentiendi nisi adsit euidentia vel demonstratio talis perdit fidem infusam.

Nunc consequenter videndum est de obiecto ipsius fidei. vtrum videlicet obiectum fidei sit dicitur at verum. & non est hic difficultas de obiecto an sit complexum vel incomplexum / puta propositio vel res significata per illam: sed queritur de obiecto quantum ad esse verum: vel falsum vtrum fides infusa habeat pro obiecto verum. Pro solutione notandum quod omnes concordant quod fides infusa habet pro obiecto dicitur at verum: & solum inclinatur ad assentiendum vero & nunquam falso. Nam ista duo non sunt compossibilia / hic assensus est ex fide infusa: & hic assensus est falsus. Ratio est / quia nunquam aliquid est obiectum fidei infuse nisi reuelatum a prima veritate sed a prima veritate nunquam potest reuelari falsum ergo implicatur quod aliquid sit falsum / & sit obiectum fidei infuse secundum quod falsum est. Hic sunt difficultates. Prima / capio sortem qui ex fide infusa heri assentiebat antichristum esse futurum: ita quod fides infusa partialiter concurrebat ad illum assensum producendum tunc sic modo ista propositio est necessaria ille assensus causabitur ex fide infusa. patet: cum sit vna de preterito que nullo modo dependet ex vna de futuro. ista nunc est necessaria / iste totus assensus fuit / & non est possibile totum illum assensum fuisse: quin fuerit causatus ex fide infusa cum alijs causis concurrentibus partialibus. quod fides infusa concurrebat ad illam. patet: est nunc necessarium illum assensum fuisse ita intensum & seclusa fide infusa: sed solum alijs causis stantibus scilicet intellectu & quibuscumque rationibus tales non poterant fieri ita intensum assensum sicut iste est: non poterit alia causa concurrere: nisi fides infusa. igitur oportet de necessitate fidem infusam concurrere ad illum assensum. igitur ista est vera / iste assensus causabatur a fide infusa. Si ista est possibilis nunc antichristus non erit. igitur potest esse ita: quo facto ille assensus fuit falsus: quia significabat antichristum fore: & per casum antichristus non erit: & tamen in rei veritate ille assensus causatur a fide infusa et non potest non fuisse causatur ab ea. & certum est quod illa propositio: antichristus non erit non repugnat isti: iste assensus fuit causatur a fide infusa. patet. nam omne possibile cuiuslibet necessario est compossibile: quia nunquam necessarium & possibile repugnant. Igitur fides inclinatur ad falsum.

fides infusa  
habet verum  
pro obiecto.

h. iij.

## De obiecto fidei.

forte dices sicut dicit Aluissiodorensis / cōcedo istam esse ne-  
cessariam iste assensus fuit: et nunc est necessarium quod fuit ita  
intensus: producitur a fide infusa. vel sic. concedo quod sit neces-  
sarium illum assensum fuisse causatum a fide infusa: et concedi-  
tur cum hoc quod ista est possibilis antichristus non erit et cōce-  
ditur quod est alteri impossibilis / et tūc admittitur casus quod an-  
tichristus nō erit. sed tunc dico quod ille assensus non est falsus /  
sed est assensus verus significans quod antichristus non erit / ita  
quod est assensus sui contradictorius. ¶ Sed contra. illi duo assen-  
sus quibus iudico antichristum fore / et antichristum non fore  
sunt contrarij differentes specie. ergo vnus nunquā potest fie-  
ri alter. igitur assensus qui ponebatur significare antichristū  
fore non potest esse assensus significans antichristum nō fo-  
re. Item sequitur quod ista esset possibilis et vera / peccaui morta-  
liter / et tamen nunc est possibile me nunquā peccasse mortalit.  
patet. volo quod heri ego asseruissem contra conscientiam meam et  
ex certo proposito antichristum non esse futurum: illud pec-  
catū est mortale / quia mendacium in fide est grauissimum / nam  
iudicassem antichristum esse futurum et oppositum asserēdo  
mentitus fuissem. igitur peccassem. Sed possibile nunc per te  
est quod illud fuisset verū / scilicet quod antichristus non erat futu-  
rus. ergo nunc est possibile quod non fuerim mentitus / et per cō-  
sequens nō peccasse mortaliter / immo meruisse. ergo nūc est  
possibile quod non peccaui mortaliter. et hoc est vnū de pre-  
cipuis argumentis. ¶ Secundum argumentum principale  
est. capio iudeū circa tēps natiuitatis christi qui ante natiui-  
tate christi per horā elicisset ex fide infusa iudiciū quod christus  
nasceretur / tunc arguitur sic. Eliciat per vnā partem ho-  
re antequā nasceretur et continuet per dimidiam hore post na-  
tiuitatem in illa quarta parte ante natiuitatem talis assen-  
sus elicitur a fide infusa et causabatur in tāto gradu et conser-  
uabatur a fide infusa. igitur nunc continuatur ab ea / quia  
alias non esset in tanto gradu et tamen nunc post natiuitatē  
est falsum. vnde fides infusa est agens pure naturale. igitur  
quemcunq; effectum conseruat in vno tempore potest in  
alio pseruare. igitur potest illum assensum post christi nati-  
uitatē conseruare et talis erit falsus. igitur. Preterea volo quod  
christus natus fuisset tempore naturalis continuationis. tūc  
arguitur sic. ille assensus per aliquod tempus post natiuita-  
tē christi naturaliter p̄tinuabatur / et nō potest ille cōtinuari  
nisi conseruante habitu infuso. ergo infusus p̄currit quando  
est falsus. patet minor: scz quod non posset conseruari nisi cōcur-  
rente habitu infuso. Nam alie cause concurrētes cū fide nō  
sunt sufficientes ad p̄ducendū talem effectum et tantū. ergo  
min⁹ p̄seruare siue neq; conseruare. ergo si naturaliter con-  
tinuetur p̄ illud parū tēpus oportet de necessitate fidē infu-

optimuz orou  
mentuz in hac  
materia

sam concurrere ad illud conseruandum. ¶ Quātū ad primū  
 sortes qui heri iudicabat antichristum futurum &c. Dico q̄  
 oportet necessario incidere in vnam istarum solutionum / pu  
 ta q̄ ad p̄teritum sit potentia / & deus non potest facere q̄ an  
 tichristus non eueniet quin faciat q̄ ille assensus non fuerit  
 vel saltē q̄ non fuerit a fide infusa / sed ab alia causa. Secun  
 da solutio. supposito q̄ ad p̄teritum non sit potentia oportet  
 dicere q̄ ille assensus si antichristus non eueniret nunq̄  
 fuisset assensus: vel fuisset assensus contradictorius vel non  
 assensus. vñ ista non dependet ex vna de futuro / iste assensus  
 fuit / sed ista p̄positio: iste assensus fuit assensus hui⁹ antichri  
 stus erit dependet ex vna de futuro: oportet concedere q̄ ia  
 lis qualitas fuit & fuit assensus. Contra. assensus huius anti  
 christ⁹ erit est p̄tingens. ponamus inesse an fuisset assensus.  
 Dicitur q̄ sic: sed queritur cuius fuisset assensus. Dico q̄ hui⁹  
 antichristus non erit / Contra. differunt specie. patet. q̄ sunt  
 qualitates formaliter repugnantes: puta duo iudicia. Dicit  
 q̄ verum est q̄ ille qualitates que p̄ducuntur ab habitibus  
 naturalibus: vel a causis pure naturalib⁹ tales assensus dif  
 ferunt specie & formaliter repugnant. sed stat duos tales esse  
 non differentes specie: puta quando producantur superna  
 turaliter vel a causis a deo supernaturaliter productis. Ad  
 secundam rationem / cum arguitur ex hoc sequi q̄ ista esset  
 vera peccavi & tunc est possibile me nunq̄ peccasse: & ex con  
 sequenti ista esset vera / sortes est dānatus: & possibile est q̄  
 nunq̄ peccauit illo peccato quo est dānatus: patet asserēdo  
 q̄ antichristus non erit ponendo in esse q̄ non erit / iam non  
 fuisset mētitus: immo dixisset verum: credebat ex fide q̄ non  
 erit. ergo imperare illam assertiozem non esset peccatum: s̄  
 potius meritum. Dico q̄ oportet necessario cōcedere q̄ illa  
 volitio qua volebat asserere non esse futurum esset volitio  
 asserendi ipsum esse futurum: vel q̄ est possibile q̄ nunq̄ pec  
 cauerit mortaliter illo peccato. vel tertio dicendum & appa  
 ret p̄babilius quando dicitur q̄ habitus infusus non potest  
 concurrere ad falsum: verum est de lege: q̄ est solum instru  
 mentum motionis spiritus sancti. sed supra legem non est in  
 conueniens dicere q̄ ille habitus ex natura propria concur  
 rat ad falsum. Unde aliqui tenuerunt q̄ deus potest decipe  
 re & reuelare falsum. ideo secundum illam opinionem talis  
 habitus fidei concurreret immediate ad istud omne reuela  
 tum a deo est verum / q̄ habet illud p̄ obiecto adequato & si  
 reuelaret falsum / oporteret de necessitate concedere q̄ illi  
 habitui supra legē non repugnat concurrere ad falsum / sed  
 non est possibile de lege q̄ deus decipiat & reuelet falsum / &  
 q̄ ille habitus concurrat ad falsum sed supra legem non est  
 incōueniēs. ¶ Unde q̄ antichristus nunq̄ eueniat est simul

## De spe.

possibile / sed non est de lege. ideo sublata lege non est inconueniens q̄ talis habitus fidei infuse concurrat tam in p̄senti p̄terito q̄ futuro ad falsum. Unde Altissimodoren. & Gregorius bene impediuntur in solutione huius: & dat Greg. duas solutiones. Ad secundum cum infertur / ille assensus naturaliter causabitur & hoc a fide infusa. negatur hoc: immo p̄cito fuit natus christus nunq̄ postea fides infusa concurrebat ad illū assensum. Contra. ille assensus conseruabatur naturaliter & alie cause non erant sufficientes. Igitur nego q̄ conseruabatur naturaliter immo necessario remittebatur. & quāuis voluntas non posset libere desistere: tamen in illo paruo tempore deficiebat vna causa conseruans / scz habitus infusus. Dicit p̄tere a Altissimo. q̄ illi qui ante incarnationem credebant filium dei esse incarnandum debebant considerare tēpus aduentus Christi & discernere sicut erant edocti a p̄phetis per quos illuminabantur a vera luce / & debebant sequi illam illuminationem. quod q̄ non fecerunt dominus cōqueritur de ipsis per hieremiam dicentem. miluus & irundo & ciconia cognouerunt tempus aduentus sui &c. cum ergo aduenit tempus incarnationis determinatum a p̄phetis non debuerunt credere christum esse incarnandum determinate. sed christum esse incarnatum vel incarnari vel incarnandū. Unde patet / q̄ si aliquis in instanti incarnationis crediderit christum esse incarnandum / nō credebatur hoc motu virtutis sed tantū motu liberi arbitrii relinquens illuminationem vere lucis / quoniā non obseruauit tempus a p̄phetis determinatum & prenunciatū aliquomodo / hec Altissi. Dices ille assensus continuatus erat meritorius: ergo ex fide. nam notum est q̄ nō tenebantur iudei scire punctaliter quādo erat nasciturus: immo rustici & indoci satis magno tempore post non tenebantur. ergo talis assensus continuatus poterat eē meritorius. Concedo q̄ aliquis potest mereri per assensum falsum immo aliquando per assensum p̄trariū assensui fidei: vt de vetula assentiēte plato predicanti oppositum fidei / qd non tenetur credere explicite / et tamen ~~sequitur~~ q̄ ille assensus est ex fide: sed imperatur ab vna volitione &c. nō enim oportet omnem assensum meritoriū esse ex fide. Ergo resolutione cōcludēdo dicendum q̄ de lege fides infusa non cōcurrit ad falsum: sed supra legem non est inconueniens: & assensus falsus bñ est meritorius de lege: sed nūq̄ est assens⁹ fidei. Et sic dicta de fide nunc sufficiant. ¶ De spe. Cap. vii.

De distincti  
one spei ab  
alijs theolo  
gicis.



Equitur aliqua generalia de spe. ¶ Un̄ est vna difficultas inter doctores satis magna / quomodo spes distinguitur a ceteris virtutibus theologiacis scz a fide & charitate / & apparet q̄ non possit poni distincta ab illis duabus. patet sic. non po-

nuntur habitus distincti etiam supernaturales nisi ppter di-  
 stinctionem actuum ad quos inclinant. sed nō potest esse actus  
 spei distinctus ab actu fidei et charitatis. ergo non est ponen-  
 dus habitus spei distinctus ab habitibus fidei et charitatis.  
 Maior est satis nota. Minor probatur. non possunt respectu  
 dei reperiri nisi duo actus scz actus voluntatis et actus intel-  
 lectus. nam actus intellectus circa deum pertinet ad fidem  
 et actus voluntatis circa deum pertinet ad charitatem. ergo  
 non est ponendus actus spei distinctus ab actibus illorum.  
 ¶ In oppositum est auctoritas apostoli prime ad corinthios  
 xij. manent fides / spes et charitas tria hec. sequitur ergo qd  
 postq apostolus dicit tria hec / qd est distinctio inter actus illo-  
 rum. Unde tota difficultas puenit ex eo / qd difficile est cogno-  
 scere quid sit actus spei et circa hoc diuersificantur doctores  
 Occham in tertio quolibeto questione prima dicit / qd actus spei  
 differt ab actu fidei / et ab actu charitatis / sed illos duos ne-  
 cessario p̄supponit et ab illis naturaliter causatur / nam dicit  
 qd actus spei est actus voluntatis p̄supponens tam actum cre-  
 dendi q̄ actum desiderandi / et distinguitur ab utroq qd distin-  
 guatur ab actu desiderandi. patet / nam stat actus desiderā-  
 di in aliquo qui tamen non credit assequi desideratum. talis  
 tunc non sperat: sed stante desiderio si credat assequi deside-  
 ratum statim sp̄ erat Similiter distinguitur ab actu credendi:  
 qd si quis credat aliquod bonum et nō desideret illud nō erit  
 spes sed si stante actu credendi sequatur desiderium statim  
 sequitur spes / sed qd actus spei distinguitur ab utroq con-  
 iunctim non potest euidenter sciri nisi per experientiam. et  
 sic patet qd distinguitur tam ab actu credendi q̄ desiderādi.  
 sed positus illis duobus scilicet desiderio beatitudinis cum  
 credulitate habēdi necessario necessitate naturali causatur  
 spes ideo dicit Occham qd est tertius actus distinctus ab illis  
 duobus: nec est actus volendi nec credendi. sed est vnus actus  
 naturaliter causatus ab actu credendi et ab actu desiderādi  
 coniuictim et potest ab illis separari per potētiam diuinam  
 non naturaliter. ¶ *metaphorice* est alogia est / quando aliquis nult malum fu-  
 turum si non habeat probabilitatem qd eueniet nō timet / sed  
 positus nolitione mali futuri cum pbabilitate vel apparētia  
 qd eueniet necessario causatur timor et naturaliter qui habet  
 malum futurum pro obiecto / ita quando creditur aliquod  
 bonum esse futurum quod desideratur causatur naturali-  
 ter actus spei / hoc est posito desiderio alicuius boni futuri cum  
 credulitate qd eueniet necessario causatur actus separandi  
 illud bonū futurū. et si tale desiderium sit respectu dei vel beati-  
 tudinis p̄ferēde ab ipso deo / talis actus sc̄at̄ ab illis duobus erit  
 actus virtutis theologice. ¶ Un̄ Occham habet cōsequēter conce-

De causati-  
 one actus spei  
 scdm Occham



requiritur ex parte obiecti q̄ illud sit absens. ¶ Contra/ de<sup>9</sup> ad actū spei  
 nunq̄ est nobis absens. ergo actus circa deum non erit desi-  
 derium. Respondetur/ q̄ quo ad entitatē existentiam & inti-  
 mam presentiam nunq̄ est nobis absens: sed vbiq̄ p̄ns reali-  
 ter/ sed dicitur absens in ratioe obiecti beatifici/ quia non cō-  
 tangitur per clarā visionem & fruitionem. & quia est nobis  
 absens in ratione obiecti: ergo potest desiderari vt sit nobis  
 presens in ratione obiecti. Secūdo q̄ illud obiectū desiderē-  
 tur p̄ futuro esse presens ab alio. s. a deo. Tertio q̄ per aliqd  
 aliud scilicet per merita & gratiā/ ista requirunt ad actū spei  
 qui est actus voluntatis. Ideo clarum est q̄ distinguitur ab  
 actu fidei: quia sunt diuersarum potentiā. s̄ videndum est  
 quomodo actus spei distinguitur ab actu charitatis. Unde  
 actus charitatis est actus quo volūtas complacet bonitati  
 diuine seu quo voluntas amat deum in se tanq̄ bonum in se  
 ita q̄ actus charitatis respicit deum vt bonū in se/ actus autē  
 spei respicit deū vt bonum alteri/ hoc est actus spei est ex af-  
 fectione commodi / & actus charitatis ex affectione iusticie  
 quoniam ille actus quo opto illam bonitatē mihi tanq̄ com-  
 modā & vtilē est actus spei. ideo tota differentia est inter ac-  
 tum charitatis & spei/ quia actus charitatis respicit deum ex  
 affectione iusticie. i. tanq̄ bonum in se/ sed spei tanq̄ bonum  
 alteri. ¶ Dices. ergo spes erit act<sup>9</sup> cōcupiscētie. Dico q̄ sic.  
 Contra. ergo non posset habere deum pro obiecto. probatur  
 quia deus non potest licite amari a nobis amore concupiscē-  
 tie sed solū amore amicitie & p̄pter se. Respondetur q̄ cū de<sup>9</sup>  
 sit bonū in se/ & propter se tale bonū potest esse nobis bonū.  
 potest ergo amari & amore amicitie & amore cōcupiscentie:  
 amore amicitie/ quia est in se bonum & amatur propter se. &  
 non solum est bonum in se/ sed etiam nobis. ideo potest ama-  
 ri amore concupiscentie. Cōtra. ergo actus spei est vsus dei.  
 patet quia assumitur deus in facultatem voluntatis propter  
 aliud/ scilicet p̄pter sperantem. nego q̄ omnis talis act<sup>9</sup> sit  
 vsus/ licet omnis actus voluntatis quo assumitur obiectum  
 in facultatem voluntatis tanq̄ minus amandum & propter  
 aliud vltimate sit vsus vnde licet actu spei assumatur deus  
 tanq̄ summū bonum. vtile mihi & cōmodum: hoc non est pro-  
 pter me vltimate/ sed vltimate me refero in deum. ideo act<sup>9</sup>  
 spei non est vsus dei. [Adam concedit q̄ actus spei est vsus  
 & Durandus dicit q̄ obiectum spei est creatura/ beatitudo sci  
 licet formalis.] habetur ergo resolutorie ex ista opinione q̄  
 est communis q̄ actus spei est velle sibi beatitudinē a deo libe-  
 raliter conferente nō primo sed ex gratia & meritis p̄ujs.  
 ¶ Nunc difficultas est circa istam opinionem / quia videtur  
 q̄ desiderare proximo meo beatitudinem siue deum beati-  
 ce ab ipso deo ex gratia & meritis ipsius proximi q̄ ille actus

ad actū spei  
 tria req̄rūt.

Additio.

## De spe.

esset spes: consequens est falsum / quia non speramus alteri  
sed nobismetipsis. patet sequela. ille actus quo desidero pro-  
ximo beatitudinem ex meritis et gratia proximi est eiusdem  
speciei specialissime cum actu quo desidero mihi beatitudi-  
nem a deo ex gratia preuia et meritis / quia obiectum totale vni-  
us actus est eiusdem speciei cum obiecto totali alterius et secun-  
dum eandem rationem est obiectum vtriusque. ergo illi actus sunt  
eiusdem speciei. Preterea / si iste actus quo desidero proxi-  
mo beatitudinem ex meritis suis poneretur in primo esset ac-  
tus spei / et spes proximi concurreret ad illum eliciendum. ergo eo-  
dem modo si ponatur in me spes mea active concurreret ad il-  
lum producendum / quia est eadem spes mea et spes proximi saltem in spe-  
cie. Hanc difficultatem tangit Scotus: sed dicit solutionem  
quare et non soluit. Ideo difficultas est: an talis actus quo de-  
sidero proximo beatitudinem ex meritis suis a deo sit actus  
spei. Primo non est difficultas quin sint eiusdem speciei ut p-  
bat argumentum primum. et si ponatur in proximo esset actus  
spei / sed an sit actus spei in me est difficultas. Pro cuius solu-  
tione sanctus Tho. secunda secunde questione decima septi-  
ma articulo tertio querit. Utrum ego possim alteri sperare.  
resoluit in fine et sic / quis non ita proprie sicut mihi. nichilo-  
minus actus quo spero alteri est ab habitu spei / et dicit quod si-  
cut ab eodem habitu charitatis precedit amor quo quis diligit  
deum / seipsum proximum / et ita etiam est eadem virtus qua quis  
sperat sibi ipsi et alii et quod ita sit secundum argumentum est multum ap-  
parere / quod habitus spei mee et proximi sint eiusdem speciei spe-  
cialissime omnino et si tale desiderium esset in proximo con-  
curreret habitus proximi. ergo si tale desiderium ponatur in me  
ad illud producendum concurreret habitus spei mee. Ideo ab eo-  
dem habitu producit desiderium quo desidero mihi bea-  
titudinem et desiderium quo desidero proximo beatitudinem  
et oportet ita dicere / nisi velimus dicere quod spes habet illud in  
quo est siue quis sperat pro partiali obiecto. et ista consequen-  
tia nichil valet. Isti habitus sunt eiusdem speciei specialissime:  
ergo habitus vnius concurrentis ad vnum actum / etiam ad illum  
concurreret alius habitus. Ideo consequenter dicendo / spes  
quam habeo habet hoc totum pro obiecto totali scilicet beati-  
tudinem mihi a deo ex meritis et gratia. Ideo non concurreret  
ad desiderium quo desidero platonem beatitudinem et c. quia non  
habet idem obiectum totale. Nam in vno obiecto totali po-  
nitur mihi / et in alio li platonem. Sed hoc dicendo consequenter oportet  
dicere quod spes infusa platonis si poneretur in sorte non intenderet  
spem sortis / quia non haberet sortem pro partiali ob-  
iecto sed platonem. Ideo oportet in alterum istorum incidere /  
vel quod spes infusa in quocumque in quo est habet illum pro  
partiali obiecto / et obiectum totale spei sortis est beatitudo



quā sortes sperat sibi a deo liberaliter cōferente ex meritis & grā. & obiectū totale spei platonis ē beatitudo quā plato sperat sibi a deo liberaliter pterēte ex meritis & grā. nō manifestū ē q̄ ista obiecta totalia differūt. Ideo ab illis causant̄ diuersi actus & h̄itus. et sic habit⁹ vnus nō p̄currit ad actū alterius. sequit̄. igit̄ q̄ act⁹ siue desiderii quo desidero platonis beatitudinem non est spes. Sed si habeat solum hoc pro obiecto/ scilicet beatitudinem futuram a deo ex meritis/ ita q̄ non ponatur in obiecto/ cui/ tunc tale desiderium quo desidero alteri beatitudinem &c. esset spes. & hoc sane intellige q̄ ly cui non sit de ratione obiecti spei/ & hoc probat secundum argumentum. ¶ **A**lia difficultas. spes est actus voluntatis. ergo si eliciatur ab habēte charitatem erit meritorius: ultra erit meritorius/ ergo est immediate a charitate/ & ultra/ immediate procedit a charitate/ ergo est actus charitatis elicitive. ergo charitas & spes non distinguuntur. quod patet. nam quodocunq̄ sunt aliquę virtutes distincte nunq̄ idem act⁹ est immediate causatus ab illis duabus. Unde actus spei est bonus non bonitate extrinseca. ergo si eliciatur ab habente charitatem est immediate meritorius. ergo erit actus charitatis. ¶ **P**ro isto argumēto dicit gabriel in tertio in hac materia quam cepit a Scoto/ q̄ oportet fateri q̄ actus q̄ est precise actus spei non est meritorius immediate/ sed solus actus charitatis. ¶ **U**nde habitus spei regulat affectionē p̄modi/ & h̄itus charitatis affectionē iusticie. & actus p̄cedens ex affectione commodi nunq̄ est bonus nisi sit imperatus ab actu procedente ex affectione iusticie/ ideo nunq̄ est meritorius nisi imperatus ab actu charitatis. vnde proprius actus charitatis est habere complacentiam in bonitate dei vt est in se bona si habito isto actu quo volo deum esse in se bonum quomodo/ vt in se bonū q̄ talis est amor amicitie & proprius actus charitatis p̄cedens ex affectione iusticie imperetur vn̄ vn̄ desiderii quo desidero mihi bonū illud/ talis act⁹ est meritorius nō pprio merito/ s̄ merito illius a q̄ imp̄t. sit ḡ sortes q̄ ab se ipso actu q̄ diligit deū in se velit eū sibi ex meritis & grā/ ille actus nō est meritorius. ¶ **n**ec bon⁹ moraliter/ saltē p̄fecte bon⁹ q̄ deficit relatio in vltimū finē. ¶ **U**n̄ dictū est p̄us q̄ ad bonitatem p̄fectā moralē requirit̄ relatio actualis vel virtualis in finē. ideo sortes h̄ns talē actū quo vult deū sibi ex meritis & grā ibi sistēdo/ id est nō referēdo vlteri⁹/ talis actus pprie nō est bon⁹/ q̄ solū p̄cedit ab affectōe p̄modi/ p̄pterea q̄ talis actus nō ē ex actu quo feror i deū p̄pter se. ¶ **U**trū talis actus sit malus. ¶ **D**icit gabriel q̄ est inidiferēs/ s̄ supueniēte dilectione desup oīa illud desiderium erit bonum extrinsece puta merito illius dilectionis superuenientis. Ideo dicit Scotus/ q̄ actus spei non est meritorius nisi propter actum charitatis super existētis.

## Despe.

Alia difficultas / an idem actus possit esse simul spei et chari-  
tatis. Dico quod sic / sicut unico actu possū diligere sortem pro-  
pter deum / ita unico actu possū velle deū michi propter ip-  
sum deum summe amatū / talis actus est charitatis / quia di-  
lectio dei : et actus spei / quia desiderium dei ut bonum mihi.  
ergo idem actus immediate et elicitive procedit a duabus vir-  
tutibus distinctis. Cōceditur quod non est inconueniēs quod idem  
actus a duobus habitibus vno infuso altero acquisito specie  
distinctis procedat. similiter a duobus habitibus infusis spe-  
cie distinctis procedit idem actus numero immediate et elicitive  
ut patet in proposito / sed quod idem actus numero procedat im-  
mediate a duobus acquisitis specie distinctis visum est prius  
quod non. ¶ Ad tertiā difficultatē / scilicet quod nullus posset desperare  
cum non posset nolle beatitudinem. Respondetur per duas  
propositiones. Prima. si deus se solo causaret illud iudiciū / ego  
non saluabor : talis non desperaret. Patet : quia omnis despe-  
ratio est libera in desperante. ¶ Secūda propositio / omne ta-  
le iudiciū libere causatum est desperatio. hoc probatur quia  
caym per hoc solū quod credidit se esse damnandum desperauit  
dicens / maior est iniquitas mea quam ut veniam merear. Corre-  
larie sequitur quod quacūque reuelatione mihi facta exteriori de  
futura damnatione teneor illi non credere / quia si quacūque  
tali mihi reuelatione facta ego libere crederem / ergo despe-  
rarē. Tandē patet / quod in mea potestate est credere vel non crede-  
re scilicet assentiēdo vel non assentiēdo dictis reuelēt. igitur. Cōsequētia  
patet quia ut certū est Caym Genesis capitulo quarto. solū credi-  
dit quod sua iniquitas esset maior quam posset veniam mereri : et sic  
credidit firmiter se esse damnandū et non esse saluandū et nul-  
lum voluntatis actum habuit / et tamen despeauit ergo qui-  
cūque libere iudicat se non esse saluandū vel non posse sal-  
uari / vel non consequitur remissionē peccatorum peccato  
desperationis : et ista est prima propositio Dionysii. Ex quo se-  
quitur quod ad peccandum peccato desperationis non requi-  
ritur aliquid positiuū in voluntate / sed sufficit solum iudiciū  
in intellectu. Dicitur vltērius quod potest quis iudicare se non  
esse saluandū : et se esse damnandū ab ipso peccato despera-  
tionis. Probatur / quia potest deus se solo tale iudiciū cau-  
sare in intellectu / quo facto non peccat : quia non libere iudi-  
cat : sed mere naturaliter . modo nullus peccat in hoc quod est  
mere naturale. igitur cū talis non assentiret libere non pec-  
caret. Sequitur correlarie quod tunc cū fuerit facta alicui re-  
uelatio de sua damnatione exteriori : quod si assentiat illi peccat  
et desperat mere libere. Probatur : si talis fuerit reuelatio ex-  
terior nunquam assentiret illi propositioni nisi libere : quia non est  
per se nota nec euidens neque ex talis deducibilis. igitur non potest  
illi mere naturaliter et necessario assentire : sed cū sit contingēs

Quō despe-  
auit caym.

et ineuidens mere libere assentit. igitur. sed quando aliquis libere iudicat se non esse saluandum/ peccat peccato desperationis: sed si sit alicui facta talis reuelatio libere iudicat se esse damnandum/ cum illa propositio non sit euidentis sed ineuidens. igitur peccat peccato desperationis. ¶ Sed dices/ ergo peccatum desperationis nichil importat ultra peccatum infidelitatis. patet/ in isto non reperitur actus malus: nisi illud iudicium/ ego damnabor: sed illud spectat ad infidelitatem. Respondeatur quod illud iudicium primo non spectat ad infidelitatem: nec est infidelitas. patet: quia sua opposita puta ista/ ego non damnabor/ vel ista/ ego consequar remissionem peccatorum meorum non sunt de fide. patet quia non continentur in sacra scriptura / nec in sacris litteris/ nec sunt deducibiles ex contentis in illis: quia alias quilibet teneretur assentire illis ideo iudicia opposita puta ista quibus iudico quod ego damnabor: vel non consequar remissionem peccatorum non sunt infidelitas. patet: quia non opponitur alicui articulo: nec alicui quod de fide sit credendum. sed iudicium quod iudicatur: ego non saluabor/ etiam si facta quod in me est: vel ego damnabor quod faciam quod est in mea potestate facere: bene sunt iudicia et peccata infidelitatis quod eorum opposita continentur in sacris litteris et deducuntur ex illis: ideo sunt de fide. et per consequens sua opposita pertinent ad infidelitatem. Unde ad hoc quod aliquod iudicium sit infidelitas: oportet quod suum oppositum contineatur in sacris litteris vel deducatur ex illis. ¶ Dicendum est igitur quod desperatio non importat peccatum infidelitatis ut visum est: cum talia iudicia: ego damnabor: vel non saluabor: non sint assensus infidelitatis immo stat quod sint vera iudicia. Dices ad minus desperatio nichil importat ultra actum intellectus positium. Concedo breuiter quod ad desperandum in homine non est necessarium aliquid esse positium ultra actum intellectus: et non est necessarium aliquid esse positium in voluntate: sed solum sufficit actus intellectus. imo quod plus est concedenda est ista: ad desperandum in aliquo non requiritur aliquid aliud. Iudicio vero positium: ita quod non requiritur nisi aliquod iudicium verum. patet de Caym qui habebat istud iudicium verum ego non saluabor: quod erat verum: et dato quod nunquam iudicasset quod iniquitas sua esset maior quam posset veniam mereri: non minus desperasset. non dubito quin habuerit alia iudicia: sed istud sufficiebat: ego damnabor: et tale iudicium erat verum. imo stat quod assentiendo alicui vero plus pecco quam assentiendo falso et heretico: ut non tantum peccarem assentiendo huic falso et heretico. ¶ Thobias non habuit canem quantum peccarem libere assentiendo huic: ego non saluabor. ¶ Conceditur ergo hoc correlarium/ ad desperandum non requiritur aliquid positium ultra actum intellectus: sed non requiritur aliquid positium ultra iudicium.

Quid. nos  
tet desperatio

hic adu  
ueniet

## De spe.

¶ Dices ergo ad sperandum non requiritur aliquid possi-  
uum ultra actum intellectus postquam ad desperandum sufficit  
solus actus intellectus / cum spes et desperatio sint opposita. Ne-  
gatur consequentia / quia quantumcumque aliquis iudicaret  
se esse salvandum sine actu voluntatis non dicitur sperare  
licet bene diceretur confidere. sed ad sperandum requiritur  
et actus intellectus et actus voluntatis scilicet confidere et  
expectare: saltem spes actum intellectus presupponit. Ideo  
spes importat actum intellectus et voluntatis / et altero isto-  
rum deficiente contrario eorum stante fit desperatio licet al-  
ter sit simul cum opposito alterius. Exemplum / sufficit ut di-  
catur desperare vel quod nolit beatitudinem licet iudicet quod  
eam habebit / vel quod iudicet quod eam nunquam habebit: licet velit  
eam habere si posset. Ideo ista consequentia nichil valet: ad  
desperandum sufficit actus intellectus: ergo ad sperandum  
sufficit actus intellectus. ¶ Sed contra hoc arguitur et ap-  
parenter / cum isto iudicio quod non salvabor stat velle efficax  
beatitudinis: puta desiderii. non efficax quod vocas spem: et  
stat quod faciam omnia possibile ad beatitudinem habendam.  
Patet: sicut cum isto iudicio: ego non curam stat volitio effi-  
cax currendi: ut patet de illo qui tenetur ligatus ab inimicis  
facit quod in se est: et efficaciter vult currere: et tamen scit certi-  
tudinaliter et iudicat quod non curret: ergo a simili cum iudicio  
quod nunquam salvabor stat volitio efficax salvandi. consequentia te-  
net a simili. Unde bene verum est quod cum isto iudicio: ego non  
possum salvari: non stat volitio efficax salvandi sicut cum iudi-  
cio quod ego non possum currere non stat volitio efficax curre-  
ndi: quia volitio efficax non est impossibile vel creditur im-  
possibile. sed bene stat cum iudicio contingenti de opposito: et  
per consequens stat quod desperans peniteat. ergo quis cum isto  
iudicio non possum salvari non stat volitio efficax salvandi:  
videtur tamen cum isto iudicio: ego non salvabor quod stat voli-  
tio efficax salvandi. verbi gratia. sit ita quod sortes credat: a me-  
dium esse necessarium ad salvandum. stat quod velit efficaciter  
adimplere illud medium. Respondetur quod cum isto iudicio ego  
non salvabor non stat volitio efficax salvandi: nec volitio ef-  
ficax faciendi media requisita ad beatitudinem consequen-  
dam. et ideo tale iudicium est peccatum. et dico duo. primum.  
Cum iudicio certo: ego non faciam hoc quando factio eius:  
vel medij ad faciendum illud non totaliter subest mee pote-  
stati quin possit poni obstaculum ab extrinseco impediens  
me facere hoc simul stat volitio efficax faciendi hoc / et stat  
quod nitar pro posse facere hoc: ut patet in exemplo predicto de ha-  
bente istud iudicium certum. ego non curam / stat volitio ef-  
ficax velle currendi etc. Secundo dico quando est iudicium cer-  
tum non faciam hoc ad quod faciendum non potest ef-

Quid requi-  
ratur ad de-  
sperandum

se obstaculum ab extrinseco / et est in potestate mea illud facere vel non facere: non potest simul cum illo stare volitio efficax faciendi illud nec volitio efficax ponendi media ad faciendum illud. Tunc dico ad argumentum quod cum iudicio quod ego non saluabor non stat volitio efficax saluandi: quia media ad salutem ita sunt in potestate nostra quod non possunt ab extrinseco impediri. Ergitur per secundam propositionem non stat quod ego iudicem quod nunquam saluabor et quod velim efficaciter ponere media salutis: quia scio quod si ponam ea consequar salutem. et per consequens non iudicabo quod non saluabor. Verum est tamen quod si iudicarem quod non possum consequi beatitudinem nisi transeundo per illud ostium: et impediar ab extrinseco ne transeam quod cum iudico tunc quod ego non saluabor stat volitio efficax saluandi. et illud iudicium esset peccatum infidelitatis / unde media beatitudinis ita sunt in potestate voluntatis quod nullus potest ab extrinseco ponere obstaculum ideo cum iudicio certo quod ego non saluabor vel quod damnabor: non stat volitio efficax saluandi et ista est sententia Dionysii probabilior inter ceteras. ¶ De charitate. Cap. viii



¶ Ita sunt ex predictis generalia que concernunt duas virtutes theologicas: scilicet fidem. et spes. Nunc videnda sunt generalia concernentia tertiã virtutem theologicam: scilicet charitatem: et prima difficultas generalis circa charitatem occurrens est ista. ¶ Utrum charitas sit homini necessaria

ad salutem. ¶ Pro cuius intellectione notandum quod charitas est multiplex. quedam acquisita: que est duplex: scilicet actualis et habitualis. Ut acquisita actualis nichil aliud est nisi actus diligendi deum super omnia: et proximum. et nosipsum propter deum. Sed habitualis acquisita est quidam habitus qui effectiue causatur ab illis actibus frequenter iteratis remanens in anima transeuntibus actibus inclinans ad consimiles actus producendos illis ex quibus genitus est. ¶ Altera est charitas que nullo modo producitur a nobis nec ab actibus nostris et est duplex. Quedam increata: ut deus charitas est. et conuenit toti trinitati / licet attribuaturspiritui sancto. et magister sententiarum decima septima distinctione. primi solum ponit istam charitatem: scilicet charitatem increatam esse requisitam ad salutem: et preter illam nichil ponit in anima quod sit necessario requisitum ad salutem / sed in illo non tenetur. ¶ Alia est charitas non acquisita: et talis est creata: et est habitus a deo nobis supernaturaliter infusus vel in baptismo: vel in penitentia qui talis habitus reddit nos formaliter acceptos et gratos deo / inclinans ad actuales dilectiones dei et proximi et sui ipsius propter deum. et duos habet effectus quorum primus est nos deo gratos efficere ad vitam eternam.

Charitas est multiplex.

## De charitate

Alter effectus est diligendi deū super omnia et proximum et nos propter deum. Quod autem talis sit ponenda nō potest aliqua demonstratione sūt aliqua ratione probari: sed solū auctoritate sacre scripture: et non habetur passus expressus ad illam probandam sicut nec ad alias infusas nisi auctoritas beati Pauli prime ad Corin. xij. vt in supra positis visum est. ¶ Istis suppositis ponuntur aliquę propositiones de mente Dionysij pro responsione ad propositam difficultatem. ¶ Prima est: prius natura non tempore datur homini charitas increata q̄ datur charitas creata: sicut habet magister in primo distinctionibus. xxv. et xvj. Non solum datur nobis charitas que est habitus infusus: sed datur nobis ipsemet deus: quia filius datus est nobis et spiritus sanctus datus ē nobis. Et hanc propositionem ponit Dionysius prima questione. xvij. distinctionis. et ratio Dionysij talis est. Non ideo acceptat nos deus ad vitam eternam: quia dat charitatem: sed ediuerso quia acceptat nos dat charitatem. Probatur sic. vnus effectus predestinationis est ipsa charitas infusa: et alius effectus scilicet vltimus est ipsa beatitudo. Nam predestinatio consistit in acceptatione diuina ad vitam eternam. Unde ista rationalis est vera: quia deus acceptat aliquem ad vitam eternam dat illi charitatē. nam antecedens importat causam consequētis: hoc est res significata per antecedens est causa rei significate per p̄his. Tunc sic arguitur. ista rationalis est vera: quia deus acceptat nos ad vitam eternā dat charitatem: et nō ediuerso. nam ista est falsa: quia dat charitatem acceptat ad vitam eternā q̄ prius natura acceptat ad vitam eternā q̄ datur charitatē infusā: s; deū acceptare vel hoīez acceptari ad vitam nichil aliud ē q̄ habere charitatē increatā. ideo p̄ illā sp̄ales assistentiam dei acceptatur hō ad vitam eternā. ideo prius natura habet charitatem increatam q̄ habeat creatā: imo quia datur increata datur creata et nō ediuerso. nam datio create charitatis est effectus increate. ¶ Secunda propositio que correlarie sequitur ex prima. homo pōt esse acceptus ad vitam eternam sine charitate creata. Patet bene sequitur: prius natura datur charitas increata q̄ creata: ergo potest dari increata non data creata. Patet consequentia ex Aristotele in post predicamentis: quando secundum non potest esse sine primo: sed econtra. Tunc sic. potest homini dari increata non data creata: ergo tunc potest acceptari ad vitam sine creata. consequentia tenet: quia habere deum secundū illum modum habendi: nichil aliud est q̄ acceptari ad vitam. ergo potest homo acceptari ad vitam sine charitate creata. ¶ Est difficultas circa hoc. Si hoc esset verum sequeretur q̄ existens in mortali haberet gratiam increatam: sed hoc est falsum: igitur. Patet consequentia: sortes predestinatus in

¶ Prima ppō

¶ Secda ppō.

mortali existens est acceptus ad vitam eternam: et nichil aliud est acceptari ad vitam eternam quam habere charitatem increatam. vel nichil aliud est habere charitatem increatam quam acceptari ad vitam eternam: ergo in mortali existens habet charitatem increatam. consequens est falsum. ergo et ans. ¶ Ad argumentum cum sic arguitur sequitur quod in mortali existens haberet charitatem increatam. negatur consequentia: et cum probatur / sortes predestinatus existens in mortali vocatur predestinatus: quia ab eterno a deo est ordinatus ad vitam eternam. ¶ Dico quod aliquem esse acceptatum dupliciter intelligitur. Uno modo secundum eternam dei predestinationem. Alio modo secundum presentem dei iusticiam. Unde aliquem esse acceptatum ad vitam eternam secundum dei predestinationem: nichil aliud est quam deum ab eterno habuisse voluntatem seu firmum propositum isti finaliter conferendi vitam eternam. Unde certum est quod quilibet siue sit siue non sit: siue in peccato siue in gratia: siue presens: siue futurus: est isto modo predestinatus vel prescitus. Sed esse acceptatum ad vitam eternam secundum presentem dei iusticiam: nichil aliud est quam hominem se habere nunc quod si decederet in tali statu in quo est conferretur vita eterna secundum leges a deo constitutas. Et isto modo existens in mortali non est acceptatus ad vitam eternam. ¶ Tunc sit prima propositio. Acceptari secundo modo est posterius natura et tempore acceptari primo modo. et acceptari secundo modo / precedit natura et non tempore charitatem creatam. Patet: quia ab eterno est acceptatio primo modo: sed acceptatio secundo modo est quando acceptatus est realiter in statu salutis. Secunda pars patet: quia potest quis esse in huiusmodi statu sine charitate infusa. igitur est prior natura sed non tempore: quia de lege nullus est in illo statu nisi sit in gratia. ¶ Secunda propositio. Acceptari primo modo precedit natura et tempore charitatem infusam: ut satis patet. ¶ Tertia propositio. De lege necessaria est charitas infusa ad salutem: et ad merendum. Ista propositio non potest evidenter probari: sed patet ex auctoritate Pauli prime ad Corinthios. xiii. Si linguis hominum loquar. ¶ Quarta propositio. Adulto ad salutem consequendam multa sunt necessaria. Primo charitas increata. ¶ Secundo preter illam est necessaria charitas et hoc tam pueris quam adultis requiritur. Tertio adulto requiritur charitas acquisita: ista habent ordinem inter se: quod primus est prius secundo et quodammodo causa secundi. Secundum vero putata habitus infusus est etiam causa tertii: quod effectiue concurrat ad actum diligendi deum super omnia: et primus et secundum sunt prius tertio. Nam prius viator est ordinatus ad salutem consequendam quam habeat charitatem infusam et prius hanc charitatem infusam quam acquisitam. et tertium non potest esse sine secundo:

Prima ppō

Secunda ppō.

Tertia ppō

Quarta propositio

De charitate.

Additio.

Quilibet necessaria est charitas acquisita.

nec secundum potest esse sine primo sed ediuerso. [ Non videtur verum vniuersaliter qd prius habeat infusam qm acquisitam / actus primus meritorius in adulto qui semp prius fuit in pctō precedit natura charitatem infusam ]. ¶ Item parvulis non est necessaria charitas acquisita: nec etiā fatuis & ratione orbatis / sed ceteris ratione vrentibus. Et sic patet de distinctione charitatis: qualiter sit homini necessaria. Et adverte pro argumento facto qd existens in peccato licet sit ordinatus ad salutem / non dicitur tamen habere charitatem increatam: nec deū: quia solum ille dicitur habere charitatem increatam / & deum qui est in statu i quo si decederet saluaretur. modo nullus existēs in pctō mortali est in isto statu. ideo nullus talis dicitur isto modo habere deū & charitatem increatam. ¶ Circa charitatem in generali queritur aliud dubium. Utrum charitas sit necessaria ad preceptorum implentionem. Et circa hoc loquitur de charitate creata infusa precise / & nō loquimur amplius de acquisita: nec de increata siue sit specialis modus assistendi dei ad operandū quod vocatur auxilium dei speciale / siue sit specialis modus dei in acceptando. & proprie secundum hoc scilicet specialiter assistere in acceptando vocatur charitas. Circa hanc materiam ponuntur due opiniones. Prima est Dionysij. xvij. distinctione vni. quest. i. ponens aliquas propositiones et aliqua correlaria. ¶ Prima propositio / nullus potest adimplere singula precepta: id est omnia collectivē sine charitate. et hec propositio dicit ipse Dionysius. habetur de summa trinitate et fide catholica / et oppositum illius ē damnatum / potest tamē probari. sic Nullus potest saluari de lege sine charitate: ergo nullus potest adimplere omnia precepta sine charitate. Consequentia tenet: quia sequitur bene adimplebit omnia: ergo saluabitur: iuxta illud / Si vis ad vitam ingredi serua mandata. Et opposito bene sequitur. non potest aliquis saluari sine charitate: ergo non potest adimplere omnia sine charitate. ¶ Secunda propositio. vt adimpleatur preceptum oportet qd fiat opus precepti ad intentionem precipientis: & non sufficit facere opus precepti. Patet sic. Si precipiatur / a / opus cum / b / circūstantia & fiat a / sine / b / non adimpletur preceptum: hoc certum est / ergo & vt adimpleatur preceptum non sufficit qd fiat illud opus quod precipitur: sed oportet qd fiat taliter qualiter precipitur: hoc est cum omnibus circūstantiis intentis a precipiente. igitur. ¶ Tertia propositio in qua iacet lepus est. Quicquid deus precipit illud precipit in charitate fieri. Patet duplici auctoritate Bernardi & Petri. dicit Bernardus. omne quod precipitur in sola charitate solidatur. Item dicit Petrus. omnia opera vestra in charitate fiant. he auctoritates videntur sonare quod tertia propositio sonat. Probat̄ vlt̄erius ab eodē Dionysio.

ponit hic duas opiniones:-

Prima ppō

Secda ppō. Preceptum debet adimpleri ad intentionem precipientis.

Tertia ppō



Quicquid precipitur illud precipitur ut per huiusmodi precepto-  
rum adimplentionem curramus ad beatitudinem. Psalmista. via  
mandatorum etc. Sed per nullum opus pergamus ad beatitudi-  
dinem nisi charitate fiat. igitur. ¶ Quarta propositio respon-  
siva que sequitur correlarie ex tertia. Non potest aliquod preceptum  
adimpleri sine gratia. Patet per Augustinum dicen-  
tem. d. dicisti ex lege non mechari / non furari etc. que singula  
sine fide / spe / et charitate non possunt adimpleri. Ideo videtur  
dicere Aug. quod nullum preceptum potest adimpleri sine gra-  
tia. ideo Dionysius duo dicit. Primum: quod non possunt adim-  
pleri singula sine charitate. Secundum: quod nullum sine chari-  
tate potest adimpleri. ¶ Primum correlativum. Omne opus quo  
adimpletur preceptum interius / hoc est omnis volitio vel no-  
litio adimpletiva precepti differt specie ab operatione qua non  
adimpletur preceptum: quia fit extra charitatem. Patet: quia ta-  
lis operatio est effectiva a charitate aliqua: nec ab aliquo al-  
tero simili est altera operatio qua non adimpletur preceptum.  
Nam opera que procedunt a charitate differunt specie ab alijs  
non procedentibus a charitate. ¶ Secundum correlativum.  
Non sequitur / iste facit id quod tenetur facere. ergo non peccat  
Sed opus sic inferre: facit quod tenetur facere et qualiter tenetur facere: ergo  
non peccat. Exemplo / non est sortis in charitate: et illi occurrit tem-  
pus adimplendi aliquod preceptum / puta dandi elemosynam /  
ipse dat / facit quod tenetur facere: sed non taliter qualiter de-  
bet facere: et ista est tota sententia Dionysij. Concedit brevi-  
ter quod pro omni tempore quo quis tenetur dicere horas ex pre-  
cepto divino tenetur adimplere ex charitate. et quavis dicat ho-  
ras: et non sit in charitate peccat: quia tenetur non solum da-  
re: sed dare ex charitate propterea peccat: quia non facit qua-  
litercumque tenetur facere. Dicitur notanter ex precepto divi-  
no: quia ecclesia non potest nos obligare ad faciendum ex  
charitate: cum ecclesia non habeat imperium super actus in-  
teriores nisi per accidens. Dicit ergo Dionysius. quod quis exerce-  
at tales actus precepti et non sit in charitate peccat: sed ta-  
men non tantum peccat quantum peccaret si nullo modo face-  
ret. ¶ Sed arguitur contra hanc positionem que videtur  
multum dura et non multum rationabilis: et probatur quod ipse  
Dionysius debeat concedere quod tantum peccat ille qui facit ac-  
tum precepti in mortali quantum ille qui omittit facere illum  
actum: ita quod tantum peccat quantum peccaret simpliciter non  
faciendo. Patet / quandoque sunt due omissiones eiusdem  
precepti equaliter obligantes et equaliter libere: ille omissiones  
sunt equalia peccata: sed ponatur quod sortis et plato obligentur  
dare elemosynam: sortis dat non ex charitate. et plato nullomodo  
dat. Isti duo equaliter peccant. Isti duo equaliter obligantur et  
equaliter omittit actum et equaliter libere: ergo equaliter peccant. et equaliter

Quarta pro-  
positio.Optimum  
Correlativum

## De charitate.

liter obligentur illud supponitur: sed quod eque libere secundum eum omittant. Patet: nam sortes eliciens actum non ex charitate eque libere omittit actum ad quem obligatur sicut plato qui nullum elicit / et solus iste actus: scilicet ex charitate et non ille quem elicit extra charitatem cadit sub precepto de danda elemosyna: ergo eque libere omittunt. quod autem iste actus quem sortes elicit extra charitatem; nullo modo cadat sub precepto. Patet: solus actus ex charitate procedens cadit sub precepto: quia sicut dicit per suas propositiones prius positas: solus ille precipitur ex charitate fieri. et sicut habet in suis correlariis / omnis actus procedens ex charitate differt non solum genere morum: sed natura specie ab omni actu qui non cadit sub precepto. et hoc argumentum est de directo contra dionysium. Ideo haberet concedere consequenter: quod non gravius peccat omittens actum precepti quam illum faciens sine charitate: quia eque libere obligantur et omittunt. Preterea sequitur correlarium ex opinione Dionysii. quod nullus potest habere remissionem peccatorum per sacramentum penitentiae. Patet: quandoque tenetur confiteri nisi confiteatur ex charitate peccat secundum eum: quia obligatur ad confitendum ex charitate: ideo peccat confitendo nisi sit in gratia. ergo non acquirit remissionem / quia ponit obicem actualem. Si vero confiteatur ex charitate: ergo non consequitur primam charitatem per illud sacramentum penitentiae: sed ante sacramentum habebat charitatem et remissionem peccatorum: ergo non confertur ei virtute sacramenti. Ideo habet concedere hoc correlarium: quod nunquam confertur prima charitas per penitentiam nec remissio peccatorum sicut dictum est. igitur correlarium illatum verum. [Hec ratio eodem modo preedit contra opinionem que dicit: quod quantumvis dolor sufficit ad deletionem peccatorum.] Tertio sequitur per quandoque occurrit tempus cuiuscumque precepti adimplendi homo tantum teneretur discutere suam conscientiam an esset in peccato vel non sicut ad condignam susceptionem eucharistie. Unde quis alius sit in charitate et accedat ad susceptionem eucharistie non prius discussa conscientia peccat. Similiter si teneatur dare elemosynam ex charitate: ita et hoc totum cadat sub precepto dare ex charitate non discussa conscientia peccaret: quia exponeret se periculo peccandi: ergo nullus deberet accedere ad materiam cuiuscumque precepti nisi discussa conscientia et habita certa probabilitate morali quod est in gratia. hoc consequens est falsum: ergo et illud ex quo sequitur. et ista sua opinio est duravidelicet quod omne preceptum obliget nos non solum ad opus: sed ex charitate faciendum. Alia est opinio contraria quam tenent Sanctus Thome et bona. quod precepta legis nature non obligant nos ad modum: sed ad opus precepti / hoc est non obligant quod opera que precipiuntur fiant ex charitate: et hoc

Hic adducunt  
multam in  
nientia contra  
ipsius Dionysii.

Aditio.

probat argumentis prius factis sufficienter. De alijs p̄ceptis positivis pure divinis: vt sumere eucharistiam: confiteri: baptisari &c. est alia difficultas supra tacta: & dictum est ex opinione Durandi q̄ p̄ceptum de sumptione eucharistie nō potest bene fieri neq̄ adimpleri nisi ex charitate. Similiter de penitentia: & ita de singulis sacramentis. sed q̄rtur ad p̄cepta legis nature simpliciter opinio pbabilior est q̄ illa p̄cepta non obligant ad modum: sed tantūmodo ad opus. ideo non possunt singula p̄cepta tam divina q̄ legis nature adimpleri sine charitate. & opinio Durandi est multum pbabilis.

¶ An charitas infusa requiratur ad preceptum de dilectione dei super omnia. Cap. ix.



**D**um sunt absolute & vtrūq̄ terminate due difficultates circa istam tertiam virtutem theologica an scz charitas sit necessaria ad salutē & an sit necessaria ad preceptorum impletionem. Consequenter videndū est de tertia difficultate: videlicet vtrum charitas infusa sit necessaria ad impletionem precepti de dilectione dei super omnia: hoc est an charitas infusa sit necessaria ad hoc vt voluntas eliciat actum diligendi deum super omnia. & in primis supponitur q̄ hic non loquimur de dilectione dei naturali. s. que sequitur ad simplicem apprehensionē sed de dilectione dei deliberata & libera. De naturali em̄ dilectione difficultas est. Utrum possit esse dilectio dei naturalis super omnia. quidam dicunt q̄ non. sed omni dilectione naturali diligit se homo super omnia: qz proprius finis naturalis hominis est suūpsius conseruatio. loquimur ergo de dilectione siue de charitate infusa: & non naturali. ¶ Unde dupliciter intelligitur q̄ non possit diligi de⁹ super omnia sine charitate etiam de lege. Unomodo q̄ voluntas cum cognitione non sunt cause sufficientes: etiam supposito influxu generali dei ad illam dilectionem actualem pducendam: sed cū hoc requiritur concursus charitatis infuse tanq̄ causa partialis. ¶ Alio modo potest intelligi q̄ non potest diligi deus super omnia quāuis voluntas & cognitio cum influxu generali sint cause sufficientes ad pducendum illā dilectionem: illa tamē dispositio de lege est vltimata dispositio & sufficiens ad introductionem charitatis: & sic nunq̄ diligitur deus sine charitate tanq̄ effectus saltem meritorius illius dilectionis super omnia. ¶ Istis suppositis q̄rtum ad vtrūq̄ membrum est altercatio inter docto. q̄rtum ad primum sensum: scilicet an voluntas cum cognitione &c. Dicit Adam prima distinc. primi q̄ non requiritur charitas tanq̄ causa partialis & necessario requisita ad diligendum deum super omnia. Rationes eius fuerunt adducte supra: tamen precipua eius ratio

*hic querit #  
Doctor #*

## De charitate.

fruit/ q̄ idem actus in specie est sufficiens produci a potentis  
sine habitu 2 cum habitu. ergo si actus diligendi deum sup  
omnia posset sufficienter produci a voluntate cum habitu po  
test produci sine habitu/ ergo non requiritur charitas tanq̄  
causa partialis necessario requisita. Tenet oppositum Eli  
phat in eadem distinctione p̄nu sententiarum/ q̄ voluntas  
cum cognitione etiam cum influxu dei generali nō sunt cau  
se sufficientes vt producat illa dilectio dei super omnia: s̄  
ad eius productionem requiritur habitus supernaturalis in  
fusus tanq̄ causa partialis necessario requisita. q̄tum ad se  
cundum membrū distinctionis/ vtrum posset diligi deus sine  
charitate super omnia/ vel an non possit diligi quin dilectio  
sit sufficiens dispositio de lege ad introducendum charitatē.  
Dicit Gabriel in tertio. xxvij. distin. in secunda conclusione  
secundi dubij/ q̄ non potest deus diligi super omnia sine cha  
ritate: quia dilectio dei super omnia est sufficiens et ultima  
ca dispositio charitatis infuse vt introducat charitas infu  
sa de lege. Probat ipse per multas auctoritates. Prima/ con  
uertimini ad me 2 ego conuertar ad vos/ querite 2 inuenie  
tis 2c. sed sic est q̄ non est perfectior modus conuersionis ad  
deū nec p̄fectior mod⁹ q̄rēdi deū q̄ diligere deū super omnia  
sed quicumq̄ conuertitur ad deum deus conuertitur ad illū  
per infusionem gratie/ 2 deum a nobis inueniri est deum esse  
nobis presentem per charitatem/ ergo dilectio dei super om  
nia est sufficiens dispositio de lege vt introducat charitas  
2 vltra/ dilectio dei super omnia 2c. ergo non potest diligi de  
us sine charitate. ¶ Hanc tenent multi doctores 2 Monach⁹  
xxvij. distin. p̄nu. 2 multas adducit rationes. Sed p̄ isto du  
bio ponam duas propositiones que magis videntur vere.  
Prima/ potest elici dilectio dei super omnia a voluntate cū  
cognitione dei 2 influxu communi absq̄ charitate infusa tanq̄  
absq̄ causa prerequisita. ita q̄ non requiritur charitas tanq̄  
vna causarum. Patet ex auctoritatibus allegatis. Conuer  
timini ad 2c. nos cōueri ad deum est prius natura q̄ deum  
conueri ad nos. alias dixisset conuertar ad vos: et conuer  
timini ad me. sed dicit conuertimini ad me 2 ego conuertar ad  
vos. tunc bene sequitur/ prius natura conuertimur ad deū  
q̄ deus conuertatur ad nos: ergo prius natura est nos dili  
gere deum q̄ nos habere gratiam/ 2 vltra prius natura est  
nos diligere deum q̄ nos habere gratiam: ergo illa dilectio  
qua diligimus deum prius natura q̄ habeamus gratiam nō  
est a gratia. Cōsequētia tenet/ q̄ semp effectus est posteri  
or natura q̄ sua causa. Et vltra/ hec dilectio qua prius natu  
ra conuertimur ad deum non est a gratia. 2 est dilectio dei  
super omnia/ alias non esset conuersio ad deum immo poti  
us auersio. ergo voluntas cum cognitione dei 2 influxu cō-

Eliphat.

opp

Prima ppō.

immi potest dilectionem, pducere absq concursu charitat: s  
 infuse. 2 ista ppositio est conformis doctrine Adam contra  
 opinionem eliphat. s. q charitas nō est necessaria ad diligē-  
 dum deum super omnia tanq̄ vna causa prerequisita. ¶ Se-  
 cunda ppositio contra Gabue. potest haberi actus qui est  
 dilectio dei super omnia dato q non habeatur charitas/ ita  
 q potest deus diligi illa dilectione dato q non sequatur cha-  
 ritas. Patet/ sicut dictum est/ potest causari illa dilectio a vo-  
 luntate cum concursu generali non cōcurrente habitu infu-  
 so/ pono q causetur ita 2 pro illo tempore occurrat tempus  
 quo teneor diligere proximum vel subuenire primo. Quero  
 tunc vel producta ista dilectione dei super omnia/ an volun-  
 tas est adhuc libera ad pducendum dilectionem primi vel  
 non. 2 videtur q sic: sed ad istam dilectionem dei super om-  
 nia naturaliter sequitur illa volitio subueniendi proximo.  
 Si dicas q stante dilectione dei super omnia voluntas est  
 adhuc libera ad diligendum vel subueniendum proximo. er-  
 go stante dilectione dei super omnia potest nō elicere. ergo  
 cum ista dilectioe dei super omnia stare potest peccatū mor-  
 tale: q in casu posito tenetur tunc elicere dilectionem proxi-  
 mi. 2 vltra. ergo potest quis ista dilectione summe diligere  
 deum 2 non in charitate. igitur. Si dicatur q supposita illa  
 dilectione non est in potestate voluntatis quin eliciat dile-  
 ctionem primi sicut supposita volitione efficaci finis non est  
 in potestate volūtatīs quin eliciat actum circa media ad illū  
 finem. Contra. illa dilectio non necessitat voluntatem. p tē-  
 pore quo non est preceptum de diligendo proximum. ergo  
 nec quando est preceptum. consequentia tenet. Si vna cau-  
 sa p vno tempore necessitat ad aliquid: ergo pro omni tem-  
 pore necessitabit: 2 sic ppositio relinquatur vera contra Ga-  
 buelem q potest diligi deus super omnia dato q non habea-  
 tur charitas ita q illa dilectio nō est dispositio sufficiens ad  
 introducendum charitatem. 2 ista etiā est opinio sancti Tho-  
 me prima secunde. habemus ergo resolutioe has duas pro-  
 positiones. Prima. potest diligi deus super omnia non con-  
 currēte charitate. Secūda/ potest diligi deus super omnia cha-  
 ritate non habita: ita q illa dilectio non est sufficiens dispo-  
 sitio ad hoc q introducatur charitas immo potest stare cum  
 mortali.

Ex ista pp. oritur  
 ar. omni. Entuz. disti  
 scille  
 Scba. pp. d.

maxima

Resolutio.

De charitate an sit requisita ad meren-  
 dum. Cap. xliij.



Quarta difficultas cōmunis. Utrum charitas sit  
 necessaria ad merēdū. Primo supponit quid sit  
 meritū quo supposito videbit̄ resposio ad difficul-  
 tate. Uñ meritū scōm Dio. in. scōo. viij. distin. sic  
 diffinit. Est operatio charitatiue dilectiois. i. deū

Quid meri-  
 tum.

## De charitate.

Prima ppō

Scda ppō.

Tertia ppō  
Additio.

Quarta p-  
positio.

Quinta ppō

mediate vel immediate in voluntate viatoris predestinata nō necessitata in complacentia eius. 2 secundum hanc diffinitionem infert aliquas ppositiones declaratas diffinitionis. Prima. Nullus meretur quiescendo / hoc est pure omittēdo 2 propterea dicit in diffinitione q meritum est operatio. Secunda. omne meritum est formalis dilectio dei vel virtualis. ideo dicit in deum mediate vel immediate. hoc est anteq̄ aliquis actus voluntatis sit meritorius vel meritū de necessitate requiritur q actus ille sit dilectio dei 2 q tendat immediate in deum vel ex dilectione dei: hoc est q sit ex aliquo actu q tendat immediate in deū. Tertia / nullus actus beati est meritū ppterea ponit in diffinitione in voluntate viatoris. [ Si act⁹ beati nō esset meritorius nec actus dānati esset demeritorius sequeretur eadem ratione q actus beati non esset moraliter bonus 2 ex consequenti actus dānati non esset moraliter malus / 2 sic odium dei in dānatis non esset malum / quod cōmuniter negatur / 2 videtur q non si bonitas 2 malitia vniuoce nobiscū. ] Quarta. nullus actus pure naturalis voluntatis qui causatur ex simplici apprehensione obiecti est meritū ideo ponitur in diffinitione non necessitata in complacentia eius. s. obiecti. Quinta. nullus actus formaliter presciti est meritum. propter ea ponitur in diffinitione in voluntate viatoris predestinati: probatur ista propositio. actus nō dicitur meritum nisi illius quem deus acceptat ad vitam eternam / sed deus nullum actum presciti acceptat ad vitam eternam ergo. maior nota / 2 minor probatur / qm̄ deum acceptare aliquem actum ad vitam eternam est deū velle p tali actu dare vitam eternam / sed p nullo actu presciti vult dare vitam eternam. ergo pro nullo actu presciti dabit vitam eternam. nam bene sequitur deus nō vult dare huic vitam eternam. ergo nō dabit vitam eternam. Ubi infert q actus meritorius 2 nō meritorius sunt eiusdē speciei cuius oppositū videtur dixisse. xvij. distin. Primi. patet. capio presciturum 2 predestinatum. vterq̄ diligat deum in gratia / ille due dilectiones sunt eiusdē speciei specialissime. nā sunt ab eisdem principis 2 causis eiusdē speciei. 2 illa que est in prescito non est meritum. nisi dicas q intelligebat in illa decima septima distin. de merito large 2 nō stricte capto. ¶ Quātum ad illam particulam diffinitionis in qua dicitur in voluntate viatoris predestinata / non videt hoc multum pbabile / sed totum stat ad nomen. nichilomin⁹ dicunt doctores q prescitus agens ex charitate meretur vitam eternam vt tractat de alvaro: 2 ad argumentum diony. hūc actum deus non acceptat: quia pro hoc actu non vult dare vitam eternam / quia non dabit. Nam bene sequitur / vult dare: ergo dabit. nego q hunc actum presciti in gratia factū nō acceptet ad vitam eternam. 2 ad probationem / non vult

dare pro hoc actu vitam eternam. cōcedo. ergo nō acceptat  
 nego consequentiā / quia deum acceptare actū ad vitam eter-  
 nā non est deū habere velle quo vult aliquando vitā eternā:  
 sed est iudicare hunc esse dignum vita eterna secundum le-  
 ges positas / ideo dupliciter exponitur actum esse acceptum  
 ad vitā eternam. Primo modo vt dictum est. Secundo mo-  
 do secundum presentem iusticiam deus acceptat: hoc est ha-  
 bet velle conditionatū quo vult pro hoc actu dare vitā etnā  
 si decedat in eo statu in quo nūc est: et quolibet istorū modorū  
 exponendo deus acceptat actum presciti. Sed meritum se-  
 cundum cōmuniter loquentes: est actus bonus libere elici-  
 tus ad vitam eternam a deo acceptatus: et non facio hic dif-  
 ficultatem quā hoc colat facit in prima questi. Utrum actus pu-  
 re naturales possint esse merita de potentia absoluta dicitur  
 q̄ sic: neq̄ hic queritur an omne meritū sit actus moraliter  
 bonus: notum est q̄ sic: quia bonitas meritoria presupponit  
 iusticiam propter quo secundum leges positas deus vult da-  
 re beatitudinē: hoc supposito cum queritur vtrum charitas  
 sit necessaria ad meritū: iterum hoc dupliciter intelligitur.  
 vno modo sic: vtrūq̄ charitas sit necessariatandē assistēs. i. q̄  
 necessario requiratur assistētia ipsius charitatis: alio modo  
 q̄ sit necessaria tanq̄ agens: ita q̄ necessario requiratur ip-  
 sam partialiter concurrere ad actū anteq̄ sit meritorius. In  
 ista questione duo sunt certa. Primum q̄ necessario necessita-  
 te legis posite querit charitas ad merendū vel assistens vel  
 coagēs. Patet ex auctoritate pauli: ad cori. xiiij. Secūdo. cer-  
 tum est q̄ non sufficit coassistētia charitatis ad actum me-  
 ritorium: q̄m co assistit peccato veniali et actibus indifferē-  
 tibus secūdu ponentes illos. Sed inter docto. est dubia diffi-  
 cultas. Utrum supposita bonitate actus sufficiat assistētia  
 charitatis vt act⁹ sit meritorius vel req̄rat p̄cursus actiuus  
 charitatis ad illum actum producendū: et presupponitur dif-  
 ficultas an habitus partialiter concurrat ad actus. dicit du-  
 randus q̄ non requiritur concursus actiuus charitatis: sed  
 supposita bonitate actus sufficit assistētia illius cū illo actu  
 Alij dicunt q̄ habitus infusus nunq̄ concurrat nisi mediāte  
 acquisitio: ideo dicerēt q̄ charitas solum assistit: sed istis di-  
 missis ponitur p̄positio cōmunis et multum probabilis. An-  
 teq̄ actus sit meritorius de lege requiritur et hoc sufficit con-  
 cursus charitatis actiuus actus. i. q̄ charitas actiue cōcur-  
 rat partialiter ad productionem illius actus. Ista p̄positio  
 non potest efficacibus argumentis probari: quia non est no-  
 bis euidēs q̄ charitas sit: sed solū per fidē. et supposito q̄ cha-  
 ritas sit nō sunt auctoritates in sacris litteris q̄ charitas cō-

quid sit meritū

Meritum.

Propositio.

## De charitate.

curret / sed apparetie sunt / quia ponitur in anima / ideo oportet ut ea facilius vel inclinet ad actus et inclinare nihil aliud est quam partialiter concurrere. ergo videtur quod ipsa charitas actuue concurrat ad illos actus. Unde aliquid animam vel potentiam inclinare ad actus est remouere prohibens vel partialiter cum potentia actum producere. et non oportet quod charitas omne prohibens remoueat puta concupiscentiam naturalem vel malos habitus quibus possit illos diminuerere. ponitur ergo charitas tanquam productiua noui actus / ita quod est necessaria tanquam causa partialis coagēs. Circa istam positionem sunt multe difficultates. prima. videtur sequi quod voluntas non posset remittere actum suum meritorium usque ad non gradum. Secundo sequitur quod alicuius rei permanentis daretur ultimum non esse completum. et tertio quod alicuius rei permanentis datur ultimum esse completum. et ista tria sunt correlaria que videntur sequi ex ista positione. Primum probatur et pono quod si conetur elicere actum meritorium ut duo / et habeat charitatem intensam ut duo tunc intensior elicietur actus a voluntate conante ut duo et a charitate quasi solus esset ille conatus sine concursu charitatis. tunc capio illam partem quam produceret solus ille conatus sine charitate et sit. a. et capio excessum illius actus qui est a charitate excedens illam partem quam produceret solus ille conatus et sit. b. tunc arguitur sic. si voluntas remittat suum conatum ad subduplum / puta ad unum / remittetur. a. ad subduplum et remanebit. b. in sua integritate quia eius causa adhuc manet equalis et eadem. pariter si voluntas remitteret suum conatum ad subtripulum. a. remittetur ad subtripulum et. b. remanebit equalis et sic in infinitum procedendo semper. b. remanebit equalis. igitur voluntas poterit remittere totum actum ad non gradum quin semper maneat. b. latitudo in sua integritate. Secundum probatur et pono quod si conetur iam non diligat platonem incipiat tamen diligere ita quod immediate post hoc diliget incipiendo dilectionem platonis a non gradu augmentando successiue illam et suppono quod charitas ultra conatum sufficit producere unum gradum / tunc sic arguo. pars proueniens a charitate nunc non est et immediate post hoc erit / quia charitas est agens naturale et agit secundum extremum sue potentie agens quantum potest et quanto potest. ergo dabilis est certus gradus qui nunc non est / quia voluntas nihil agit nunc / et ille totus gradus immediate post hoc erit / quia quanto conabitur voluntas erit et immediate post hoc erit conatus voluntatis / quia immediate post hoc aget. igitur immediate post hoc erit excessus charitatis super actum voluntatis per unum gradum et per consequens illius datur ultimum non esse quia nunc non est / et immediate post hoc erit. Tertium



probatur. et pono casum q' sortes nunc diligat deum in gratia  
 et meritoze et incipiat nunc odire proximum vel successiue in-  
 cipiatur elicere volitionem furandi / ita q' nunc non odit et imme-  
 diate post hoc odiet illum / et capio excessum dilectionis dei p-  
 uenientem a charitate et sit. a. Iste totus gradus nunc est et  
 immediate post hoc non erit. patet: quia immediate post hoc  
 non erit charitas: cum immediate post hoc erit in peccato /  
 et voluntas immediate post hoc non sufficeret conseruare. a.  
 gradum. patet quia pono q' dilectio dei citra illum gradum  
 est maxima quam voluntas potest habere / ita q' maiorem non  
 potest conseruare quo posito sequitur q' a. corrumpetur to-  
 taliter immediate post hoc cum illius causa conseruans non  
 sit. igitur intentum. ¶ Primum argumentum supponit hanc  
 difficultatem. Utrum charitas tantum agat cum paruo co-  
natu sicut non magno et non magis. exemplum vt sortes ha-  
 bens charitate vt duo conatur: vt tria: et plato pariter habes  
 charitatem vt duo conatur vt quinq' / an illa charitas equa-  
 liter pcurrat et agat in sorte et i platoue / hoc est dicere an cha-  
 ritas cum maiori conatu concurrrens faciat equalē excessum  
 vel maiorem in actu q' faceret concurrente cum conatu mi-  
 nori. Aliqui dicunt q' non / sed q' equaliter facit cum maiori  
 et cum minori conatu / cuius ratio / quia charitas est causa si-  
 ne agens naturale et ideo semper tantū agit cū vno sicut cū  
 reliquo hoc est cum paruo sicut cum magno conatu. vt no-  
 tum est q' sortes trahens nauem cum duobus et postea cum  
 quattuor semper equalē velocitatē facit ex parte sui et sem-  
 per equaliter agit. Similiter candela iuncta vni corpori  
 luminoso et postea maiori semper facit equalē excessum  
 luminis. eodem modo dicendum est de charitate vt ipsi di-  
 cunt / et tunc conceditur q' charitas cum. a. conatu aliqua-  
 liter agit et cum subduplo conatu tantum agit et cum sub-  
 triplo tantum agit et sic in infinitum: ita q' sic successiue vo-  
 luntas remittat conatum suum vsq' ad non gradum / tunc  
 in instanti terminatio illius remissionis verum est dicere /  
 iste excessus semper immediate ante hoc instans fuit totus /  
 et eius nichil nūc est et sic datur primum non esse totale et com-  
 pletum rei permanentis / quod oportet concedere secundū  
 hanc opinionem: et vt clarius hoc capiatur ponatur tale ex-  
 emplum / sit sortes qui conatur vt duo et habet charitatem  
 vt octo / actus est intensior per aliquam latitudinem q' fo-  
 ret si non esset charitas puta per. a. latitudinem. tunc  
 remittat conatum ad subduplum et conetur vt vnum / et tunc  
 quando conatur solum vt vnum actus remittitur et remanet  
 idem excessus / et si remittat iterum suum conatum ad me-  
 dium gradum remanebit iterum idem excessus et ita conse-  
 quēter remittat conatum vsq' ad non gradum / tunc in instanti termi-

Charitas ē  
cā naturalis

## De charitate.

nante remissionem iam verum est dicere: iste excessus semp  
ante hoc fuit totus & nunc iste nichil est: ideo desinit esse p pri  
mū instans non esse ppletū / & hoc est concedendū scdm hanc  
opinionem. & ratio est: nam q̄ cito desist esse causa partialiter  
concurrrens & requisita necessario tam cito corrumpitur ille  
excessus seu effectus i illo instāti: nā nō est imaginandum q̄  
vna pars precise pducatur a voluntate & a conatu volunta  
tis. & alia pars precise a charitate sed a quolibet istorum pro  
ducitur totus actus sed non a quolibet totaliter: sed totus a  
quolibet: & ideo voluntas necessario requiritur ad conserva  
tionem illius: qua non posita sequitur corruptio illius in illo  
instanti & ideo quia semp ante illud instans fuit sufficiēs cau  
sa conservatiua illius gradus. s. charitas & quicūq; conatus  
ideo semper immediate ante illud instans fuit. habent secun  
do concedere consequenter secundum correlatiuum. s. q̄ rei  
permanētis datur vltimum non esse completum vt pbat ar  
gumentum vnde sicut in desitione quando remittebat cona  
tum in instanti terminante non erat & immediate ante erat  
ita contra ille totus excessus nunc non est & immediate post  
hoc erit. ideo totus excessus incipit per vltimū non esse com  
pletum. Quantum ad tertiu correlatiuum dicitur q̄ est con  
cedendum apud quācunq; opinionem etiam apud opinionē  
recitandam. & hoc non est inconueniens quando causa ne  
cessario requisita ad conservationem supernaturaliter cor  
rumpitur subito tunc pariter illius cause effectus corrumpi  
tur subito & vltimum esse non inconuenit. vt sortes qui iam  
conatur vt duo cum charitate vt octo est intensior per. a. la  
titudinem ratione charitatis si eliciat successiue volitionem  
furandi & incipiat peccare tunc. a. excessus ~~est~~ & nūq̄  
post hoc aliquid eius erit: quia post hoc erit solus conatus  
qui non sufficit conseruare actum in tali excessu ideo super  
naturaliter quando desinit causa conseruare per vltimum  
non esse cessat talis effectus puta per cessationem dei nō co  
seruantis. ¶ Alius est modus dicendi cōmuniōr q̄ charitas  
agit fortius cum maiori conatu q̄ cum m. or: ita q̄ si sortes  
cum charitate vt quattuor & cum conatu vt duo elicit actus  
vt sex cum eadem charitate & conatu vt quattuor elicit actū  
vt duodecim ita q̄ volitio sortis est intensior ratione gratie  
quando sortes conatur vt quattuor q̄ sit intensa ratioe gra  
tie q̄ si sortes conatur vt duo ita q̄ charitas fortius agit. Ultra  
dicit q̄ si remittatur conatus volūtatis successiue vsq; ad nō  
gradum ita concursus charitatis remittitur vsq; ad nō gra  
dum successiue pformiter ad remissionem conatus volunta  
tis. Similiter si voluntas conetur a non gradu successiue ita  
charitas incipit concurrere a non gradu successiue: sic. s. q̄ si  
cut conatus successiue intēdit & volūtas successiue forti⁹ agit

Ita charitas successiue fortius et fortius aget. ideo sicut augetur conatus voluntatis a non gradu pariter augetur concursus charitatis a non gradu actiuitatis. et sic non admitteret ista positio quod incipiat esse per vltimum non esse. ideo charitas magis percurrit cum maiori conatu et si remittatur conatus vsque ad non gradum ita remittitur percursum charitatis vsque ad non gradum. et hanc opinionem tenet Dionysius. et communiter fere omnes doctores. et Monachus in secundo pariter hanc tenet. ¶ Sed contra hanc opinionem arguitur charitas non est infinite actiuitatis: vt charitas vt duo non est infinite actiuitatis. ergo dabilis est certus gradus concursus quo concurrere potest ad producendum actum et non potest maiori percursum: licet possit percurrere ad maiorem actum: sed non maiori percursum. tunc sic arguitur ipsa charitas est solum finite actiuitatis gratia exempli vt duo. ergo datur certus gradus percursum quo concurrat et non magis percurrit et sit a. tunc sic potest a concursus percurrere cum conatu vt. iiii. et cum conatu vt. vi. non magis concurrat. patet: quia non potest magis concurrere. ergo quous adiungatur causa fortior non tamen magis concurrat charitas ex parte sua. et sic non magis cum maiori quam cum minori. igitur pariter cum minori conatu vt. iiii. non minus percurrit quam concursu signato. et sic semper equaliter percurrit cum omnibus. ¶ Respondetur concedendo assumptum: et admitto casum: et nego duas vltimas persequentias: et dico quod quando dicitur quod cum maiori conatu magis percurrit hoc est intelligendum quando non concurrat secundum extremum sue potentie. Nam quando charitas concurrat secundum extremum sue potentie cum maiori conatu non magis percurrat: sed semper cum minori conatu minus percurrat: et sic consequenter. Unde pro materia argumenti dicitur quod charitas in se est solum finite actiuitatis. ergo datur certus gradus concursus quo concurrere potest: et non maiori. et hoc est procedendum: alias esset infinite actiuitatis. ¶ Contra solutionem argumenti replicatur: charitas est agens naturale: igitur semper agit secundum extremum sue potentie. ergo cum omni conatu: quouscumque paruo percurrat semper secundum extremum sue potentie: et sic oportet redire in primam opinionem. Respondent isti quod verum est quod est agens pure naturale (naturale inquit vt distinguitur contra liberum) sed agit secundum motionem agentis liberi puta dei quia est instrumentum spiritus sancti: et ideo secundum motionem spiritus sancti magis vel minus agit. et non oportet quod semper agat secundum extremum sue potentie. sed magis vel minus secundum qualitatem vel quantitatem conatus ita quod cum minori non tantum agit sicut cum maiori. ¶ Videtur michi quod omne inconueniens illatum contra primam opinionem etiam potest induci de habitu acquisito puta de charitate acquisita et fide et spe

Charitas est agens naturale

Additio.

## De charitate

et propterea prima opinio est satis probabilis. & similiter ista opinio est deffensabilis satis. Sed querendum est cum quo conatu agit charitas vt quattuor ad extremum potentie. si cum conatu voluntatis vt quattuor. tunc volo q̄ motione sp̄s ritus sancti amplius conetur voluntas q̄ vt quattuor quare non plus q̄ ad extremum potentie agit. ] ¶ **Alia difficultas** secundum hanc positionem notum est q̄ act⁹ e meritorius a charitate & voluntate. vtrum attendatur intentio meritorum penes proportionem conatus ad conatum / vel penes comparisonem charitatis ad charitatem. vel tertio penes aggregatum conatus charitatis vnius ad aggregatum conatus & charitatis alterius. Ideo possumus hic facere tres comparationes etiam eiusdem speciei / primo comparando conatum vnius ad conatum alterius: & charitatem vni⁹ ad charitatem alterius / & aggregatum vnius ad aggregatum alterius. q̄rit igit̄ penes quid istorum trium sit attendenda proportio meritorum. ¶ Pro solutione primo videndum est quid sit conatus / primo non est actus voluntatis. & hoc pbat Diony. cum nos dicamus q̄ actus est a conatu / & actus non ē ab actu. igit̄ conatus est quid prius natura q̄ actus / & sic non ē actus. ¶ Nec est habitus. patet / primus actus voluntatis est a conatu voluntatis / & voluntas potest agere sine habitu igitur. Dicit igitur Dio. q̄ conatus voluntatis nichil aliud est q̄ voluntas libere applicans tantum vel tantum de sua actiuitate ad actum producendum / & potest ipsa voluntas applicare totam vim suam. ideo tunc dicitur agere secundum extremum sui posse. ¶ Similiter potest minus & minus applicare / & sic conatus voluntatis supponit pro voluntate connotando liberum exercitium sui posse siue sue potentie. ¶ Istis suppositis queritur penes quid attenditur proportio meriti illis qui inequaliter conantur ad diligendum deum vel proximum &c. ¶ Respondet Dio. ponens talem propositionem quam habet maxima. ¶ Quando cunq̄ sunt duo q̄ equaliter faciunt quod in se est / equaliter merentur. patet si equaliter faciunt quod in se est / equaliter est attribuendum de premio vni sicut alteri / nam equaliter facere q̄ in se est / est equaliter conari si equaliter conantur equaliter merentur. igit̄ equalitas vel inequalitas meritorum est attendenda penes equalitatem conatus. Et e contrario sequitur / isti inequaliter conantur: igitur inequaliter faciunt quod in se est. & ediuerso inequaliter faciunt quod in se est / igitur inequaliter conantur. & vltra igitur inequaliter merentur / & sic equalitas vel inequalitas meritorum est attendenda penes conatus maioritatem vel minoritatem precise. & hoc tenet Dio. scilicet q̄ tantum penes proportionem conatum attenditur proportio meritorum ceteris alijs paribus scz q̄ sit eadem ma-

Quid sit conatus.

teria & idem obiectum / quoniam dilectio dei ex minori conatu est magis meritoria quam dilectio proximi ex summo conatu. Breuiter recapitulando hanc materiam dicitur quod totus actus productus partialiter a charitate & a conatu est intensior quam foret si non esset nisi a conatu. nichilominus totus actus est a conatu & totus a gratia / totus a quolibet sed partialiter : id est cum adiutorio alterius / quemadmodum est de duobus trahentibus nauem vel portantibus aliquod pondus quilibet illorum portat totum pondus : sed non totaliter / sicut etiam est in effectu cause secunde. nam illa producit totum effectum & etiam causa prima. sed non totaliter / quilibet istarum producit partialiter partialitate cause. Recitata est etiam tandem opinio quod penes proportionem conatum supposita gratia est attendenda proportio meritorum / & hoc ceteris alijs paribus puta de eodem obiecto etc. & fundamentum precipuum illius opinionis est. quia quicumque equaliter facit quod in se est cum altero licet non tantum faciat sicut alter : id est non tantam operationem : si tamen equaliter faciat quod in se est et non producit tantum quia forte habet impedimentum / nichilominus est equaliter laudandus / sicut alter qui facit quod in se est quamuis maiorem operationem. ¶ Consequenter queritur circa hanc opinionem. Utrum ista consequentia sit bona iste magis conatur quam ille in ordine ad istam operationem. ergo magis meretur supposito quod uterque sit in gratia / tunc. Et apparet quod non & capio duos quorum vnus sit precise actiuitatis libere vt. iij. summus gradus possibilis quem potest producere est vt. iij. & potest infra totam latitudinem vt. iij. et alius sit in duplo maioris actiuitatis puta vt. viij. & quod primus conuenit ad extremum sue potentie / & secundus solum vt quinq; tunc secundus magis conatur quam primus & tamen non plus meretur. patet : primus facit magis quod in se est quod totaliter facit quod in se est & non secundus / sed solum partialiter facit quod in se est. ergo primus venit plus laudandus quam secundus. ¶ Dicit Dionysius. quod primus plus meretur quam secundus licet non tantum conetur / quia plus facit quod in se est quam secundus : quia facit quicquid potest & non alter cum secundus non agat secundum extremum sue potentie / modo ille magis meretur qui facit plus quod in se est quam non ita faciens (vnde ista consequentia non valet. iste plus conatur quam alter. ergo plus meretur patet in proposito) verum tamen hoc non videtur michi satis conuenienter dictum. Nam secundum hoc fundamentum / omnes angeli equaliter meruissent. quod tamen videtur falsum. probatur tamen sequela / quia verisimile est quod omnes illi qui conuersi sunt in deum : conuersi sunt omnes in deum secundum

## De charitate

extremum sue potentie. et si sic igitur omnes equaliter fecerunt quod in se est / et per consequens equaliter meruerunt quod tamen ab omnibus do negatur dicentibus q̄ perfectiores et superiores angeli et qui preclariora habuerunt naturalia magis meruerunt et beatiore sunt. Et propterea ista opinione omiſſa aliter dico q̄ ista p̄ſequentia non valet / iste conatur secundum extremum sue potentie et ille non. ideo plus facit quod in se est ad istum sensum. . plus ponit de sua actiuitate q̄ ali⁹. vñ ponere de suo ē conari: et magis ponere de suo magis ē conari: ita q̄ equaliter facere qd̄ in se est / ē equaliter currere et equaliter agere. Exēplum potest capi de artificibus / quorum vnus agit ip̄sum potest / et alter non tantum ip̄sum potest / et tamen secundus magis lucratur / q̄ habet plus artis / et opera sua est maior vt est architector respectu operarij cui p̄est. ita in proposito dicendum est / sortes qui potest agere vt. viij. agens tamen vt. vi. plus ponit de sua actiuitate q̄ alius qui agit precise vt. viij. et tota actiuitas sortis est maior q̄ tota actiuitas alterius agentis precise vt. iij. ideo sortes plus meretur. ¶ Alia est opinio / q̄ solum penes gratiam et nullo modo penes conatum nec penes actus est attendenda proportio meritorum. et ista est opinio multorum antiquorum quā nullus nunc tenet. Tercia est opinio q̄ penes aggregatū ex vtroq̄. s. ex conatu et gratia / ad aggregatū ex conatu et charitate alterius attendenda est proportio meritorum. Ex qua sequuntur correlarie ista tria esse concedenda / primum videlicet q̄ equaliter aliquis ponendo cum alio magis meretur. vt sint sortes et plato / sortes eliciat dilectionem dei vt. iij. et plato tantum conetur precise q̄rum sortes / et eliciat dilectionem vt sex: plus meretur q̄ sortes quia actus eius est intensior. igitur primum illatum verum. Secundum quod sequitur est vbi minus conatur aliquis aliquando magis meretur aliquā equaliter. Patet / bñ sequit̄. plato plus meretur q̄ sortes q̄ equaliter conatur. ergo p̄ aliquā latitudinem meriti magis meretur diuisibiliter. s̄ possibile est q̄ remittendo suum conatū remittat ita parum q̄ remitteretur per diuisum illius excessus et potest remittere de conatu precise: vt tollat solum illius gradum meriti quo excedit meritum sortis quo facto minus conatur / et sic patet illatum secundum. Tertium quod sequitur est. vbi minus conatur aliquando equaliter meretur. Et ad argumentū prime opinionis q̄ p̄ducatur maior act⁹ hoc p̄uenit ex gratia siue cōcursu charitatis et ille est naturalis. igitur non est in potestate sortis et per consequens ratione illius non debet laudari nec vituperari. ergo equaliter meretur. Distinguo q̄ non sit in potestate sortis vel antecedenter et sic nego. vel consequenter et formaliter et sic concedo. et hoc explicatur sic / quia operationes siue actus ex quibus ac-

penes qd̄ attendēda ē proportio meritorum .

quasiuit fortes gratiam erant in potestate fortis que erat antecedentia ad charitatem. et sic añs ad charitatem erat i ei<sup>9</sup> ptate. Ideo concursus gratie nunc est in eius potestate quia scz libere eam acquisiuit/ ideo concursus illius ad actum liberum imputatur ei ad premium. Sed ex hoc correlarie sequitur q<sup>d</sup> ad minus concursus gratie baptismalis non auget meritum. patet/ quia operatio per quaz paruulus acquirit gratiam non est in potestate illius. et sic penes maioritatem vel minoritatem gratie saltem que sit acquisita vi sacramentorum que suscipiuntur ante vsu rationis/ vt baptismus et confirmatio non augmentabitur meritum. Propterea oportet aliter explicare illud verbum antecedenter. pro quo supponendum est q<sup>d</sup> licet gratia et voluntas ad eundem effectum siue actum simul concurrant tamen voluntas prius natura concurrat q<sup>uam</sup> charitas/ quia voluntas potest concurrere sine gra<sup>z</sup> agere ea non concurrente/ sed non eduerso. ideo concursus charitatis est in potestate voluntatis antecedenter/ hoc est aliquid est in potestate voluntatis. s. concursus voluntatis quod est añs et presuppositum ad concursus charitatis. nam ad meritorium actum eliciendum presupponitur voluntatem concurrere quod est prius prioritate nature ad charitatem concurrere simul cum voluntate quod est vnum consequens quod est antecedenter in potestate voluntatis. q<sup>uod</sup> voluntas concurrat vel non est in potestate voluntatis. ideo est añs et est pure liberum/ et sic actus procedens tam a concursu voluntatis q<sup>uam</sup> a charitate est magis laudabilis/ quia concursus charitatis imputatur partialiter voluntati ad laudem licet in seipso non sit in potestate voluntatis. sed sufficit q<sup>uod</sup> illud antecedens natura non tempore sit in pura libera potestate voluntatis hinc est q<sup>uod</sup> actus procedens ex habitu est magis meritorius vel demeritorius q<sup>uam</sup> si a solo conatu voluntatis produceret/ quia ipsi habitus pure naturalit<sup>er</sup> concurrant tamen eorum concursus est in potestate voluntatis antecedent<sup>er</sup> p<sup>ro</sup> q<sup>uanto</sup> in eius potestate est concursus voluntatis qui est prior natura concursu illorum habituum/ et sic est in eius potestate q<sup>uod</sup> habitus concurrat vel non concurrat p<sup>ro</sup> q<sup>uanto</sup> in ei<sup>9</sup> potestate est agere siue ponere actuz ad quem natus e ille habitus concurrere vel non ponere. Similit<sup>er</sup> est in eius potestate p<sup>ro</sup> quanto in eius potestate fuit ponere causam illius habitus vel non ponere. [ Ex dictis sequeretur q<sup>uod</sup> actus mere naturaliter sequens ad alium esset meritorius noui premium patet/ consequentia/ quia talis actus est antecedent<sup>er</sup> liber. et hoc est argumentum fortius contra opinionem sed potest dici q<sup>uod</sup> actus ille antecedent<sup>er</sup> liber non habet libertatem intrinsecam sicut voluntas : sed semper manet replica. ]

k iij

Additio.

**S**equitur alia difficultas generalis de augmento charitatis. videlicet quomodo augetur charitas an solo actu elicitio ex charitate: et a quo libet tali augetur. Unde non facio difficultates quin possit augeri effectiue / quia sicut a solo deo producitur effectiue / ita ab eo solo potest augeri effectiue sed hic solum quæstio de augeri meritorie et dispositiue. Quantū ad primā partē difficultatis sit ista pars propositio. Sicut charitas sine quocumque actu recipientis acquiri potest / ita et augmentari. Prima patet / de paruulis baptizatis qui solum ex vi sacramenti acquirunt gratiam sine actu bono ab eis elicitio: sed solum ex vi operis operati sacramentalis. Secunda pars patet. scilicet quod eodem modo posset augeri virtute sacramenti et solum capio in principio nascentis ecclesie iudeum paruulum circumcisum ante christi passionem et immediate post passionem ante perfectam etatem baptizetur / talis per baptismum sine actu voluntatis recipit augmentum gratie quia augetur charitas ex vi sacramenti baptismi sine actu ipsius cum adhuc non habeat perfectum usum rationis requisitum ad meritum personale ut supponit casus. Similiter patet nunc de baptizato et post ante usum rationis confirmato. talis ex vi sacramenti baptismi recipit gratiam. a. quam adhuc habet / et virtute sacramenti confirmationis recipit gratiam. b. quia confert gratiam ex opere operato et illa auget charitatem acquisitam in ipso baptismo. igitur sine quocumque actu operantis augetur charitas. Ex his sequitur correlatiu. de lege non repugnat unum paruulum qui nunquam habuit meritum personale esse ita beatum et habere tantam beatitudinem sicut adultus qui habuit meritum personale. Unde meritum personale est quod prouenit ex bono motu: hoc est ex bona voluntate aut nolitione merentis ita quod est illud quod prouenit ratione operis operantis. per oppositum meritum non personale est quod prouenit non ex ope operantis. id est virtute boni motus voluntatis. scilicet bone voluntatis aut nolitionis sed virtute operis operati. hec supposito: probatur correlatiu. et capio paruulum baptizatum et confirmatum quod discedit ante usum rationis: et tunc signo gradum gratie illi collate solum virtute sacramenti confirmationis et sit a / qui gradus est ultra gratiam datam virtute baptismi. tunc capio alium paruulum baptizatum solum et non confirmatum. talis cum primū prouenit ad annos discretiōis potest elicere unum bonum velle quod precise sit meritorium / a / gradus. partem / quocumque eius actu dato si dicas quod est meritorium maioris gratie quam / a / gradus: volo quod eliciat velle ita remissum quantum esset illud si sibi precise / a / gradus responderet: et tunc volo quod sine ulteriori actu moriatur et sequatur illatum. id est non est inconueniens quod carere merito personali tamen beatificetur sicut habens



meriti personale. [Michi videtur procedendum correlarium. Sed] tunc est argumentum minima gloria datur pro gratia baptismali: ergo non est possibile aliquem decedere in minori gratia alias haberet gloriam minorem minima. ] [Quod ad secundam partem difficultatis in qua dicitur (et a quolibet tali) est apparentia quod sic/ quod quilibet talis est meritorius et cuilibet meritorio actui respondet gratia in certo gradu. igitur ratione cuiuscumque actus meritorij augetur gratia per additionem illius gradus illi respondet. ]

[Circa hanc difficultatem tres sunt opiniones. Prima. s. Tho. xvij. di. q. iij. ar. iij. in solutione ad ultimum argumentum illius articuli dicit. quod non quolibet actus ex charitate elicitus augetur charitas/ nec ex quolibet tali augetur beatitudo. vnde ad hoc declarandum dicit quod sicut aliquo bono actu disponitur homo sufficienter ad hanc gratiam primam et aliquo bono actu non disponitur sufficienter ad summam gratiam hanc ita aliquo actu elicitus ex charitate non disponitur homo sufficienter ad augmentum maioris charitatis: et tali actui non respondet charitas: et ex consequenti nec gloria: seu beatitudo/ et inde dicit quod proportio meritorij non attenditur penes multitudinem seu pluralitatem actuum. Unde dicit quod actus elicitus ex gratia non sufficienter disponere ad augmentum charitatis non efficitur homo ratione illius dignior maiori premio: sed solum eodem premio precedenti. ]

[Secunda opinio tenet. s. Bona. in scdo. [Sic ego dico firmiter quod habitus acquisitus non augetur a quocumque actu. sed requiritur actus sufficienter intensus. ] ]

[Tercia opinio est Richar. dist. xvi. scilicet et Sco. in quarto quod non quolibet actu ex charitate procedente augetur charitas quod quoniam quis elicit unum actum ita quod non potest maior illo ex illa charitate elici: vel multiplicat tot quot equivaleret illi simul sumpti tali maximo pro tunc pie credendum est dicendum potest ab illi tunc correspondet noua gratia et ex consequenti gloria sed si eliciat unum solum minus perfectum non illi perfecto equivaleret: et illum non reiteret ut fiat aggregatum illi summo actui perfecte equalis: tunc non correspondet illi actui alius gradus gratie nec propter illum actum gratia augetur: verum illi actui sic paruo debet determinari gradus gratie distinctus a prioribus ita quod nunquam fit actus bonus in gratia quin augetur gloria: quod est contra s. Tho. et dicit Sco. quod correspondet unum premium gratie et aliud operibus. ]

[Ex quo sequitur quod esse de lege magis gratum deo vel magis acceptatum non est habere maiorem gratiam. patet/ stat magis gratum habere minorem gratiam. patet/ stat illum qui habet minorem gratiam multiplicare, tantum actus meritorios quod illi debebitur maior gloria quam debeatur excessui gratie quam habet alter super ipsum: quo facto est magis gratus deo et tamen non habet maiorem gratiam immo minorem: et ut clarus capiat declaratur hoc exemplo. aliqui in a/ habuerunt equales gratias et equalia merita: tamen unus immedia-

## De charitate.

te post/a/ elicit actum remissum/ alter vero nihil elicit: q  
talis sit magis gratus. Patet. qz est acceptatus ad maiorem  
gloriam: z hoc est esse magis gratū: nam esse gratum deo est  
esse acceptum a deo. ideo ille est magis gratus qui est ma-  
gis acceptus. sed sic ē q ille qui elicit actū post/a: nō habet  
maiorem gratiam scdm illam opinionē: z tamē ei debet ma-  
ius p̄miuz. igitur. ¶ Tertia opinio p̄munis z modernoz quā  
optime tractat Diony. in sc̄bo z monach<sup>o</sup> impugnando opi-  
nionem. s. Tho. est q cuilibet actui bono i gratia elicitō cor-  
respondet gratia z gloria: z facit Monachus egregias ratio-  
nes p̄tra opinionem. s. Tho. que inferius ponent. Sed p̄u<sup>o</sup>  
declaret opinio Tho. dicit em̄/ q non quolibet actu ex chari-  
tate elicitō augetur charitas merito licet bene dispositiue  
nec etiā augetur beatitudo. vñ. s. Tho. z Durandus nitun-  
tur p̄bare istam partem hoc modo. z primo adducitur ratio  
durandi. disti. xij. p̄mi. q. viij. q̄ talis est. Ille non est dignus  
accipiēdis qui nō bene utitur acceptis. sed ille q nō elicit actū  
scdm totā inclinationem charitatis nō bene utitur acceptis  
igitur nō est dignus accipiēdis. s. gratia z gloria. Un̄ scdm. s.  
Tho. ad hoc q q̄s disponat se ad gr̄az/ oportet q disponat se  
scdm suam totam virtutē naturalem vt habeat charitatem:  
z non sufficit q disponat se scdm partē sue virtutis naturalis  
ideo in illo qui nō habet charitatem vt illam recipiat oportet  
q disponat se scdm suā totam virtutem naturalem. ergo  
vt q̄s recipiat augmentū charitatis oportet q disponat se z  
scdm totam virtutē naturālē z scdm totam inclinationē ha-  
bitus: z non sufficit q disponat se scdm partē sue virtutis na-  
turalis: qm̄ voluntas est libera potens agere scdm totam su-  
am virtutem/ vel scdm vnā partem qd non attingit in cau-  
sis naturalibus q̄ agunt scdm totam suam virtutē. ¶ Capitur  
hic virtus naturalis non vt distinguitur p̄tra liberā: sed p̄tra  
infusam. tunc si nō disponat se scdm totā suam virtutem non  
facit qd in se est: z solum facientibus qd in se est deus dat gra-  
tiā: sed nullus facit qd in se est nisi scdm totam virtutē suam  
agat. igitur requiritur q disponat se scdm totam virtutē na-  
turalem ad recipiendū gratiam. ¶ Similiter tūc sequitur q  
ad augmentū charitatis requiritur q disponat se scdm totā  
virtutem naturalem z scdm totam inclinationē habitus scz  
gratie. ita q non sufficit ad hoc q augeatur charitas secūdu  
q̄m q̄ agat scdm totam potentiam naturālē sed requiritur  
etiā q scdm totum habitū. ¶ Sed iste rationes nō sunt mul-  
tum fortes: z ista opinio nō est heretica neqz sapiens heresim  
z p̄t deffensari: sed rationes nō sunt. efficaces. Ideo respon-  
det ad primā. ille qui nō utitur charitate scdm totam inclina-  
tionem charitatis nō bene utit̄ acceptis scz charitate. Ideo  
nō est dignus accipiēdis. Dico q bene utitur sed non utitur

optime: & ut sit dignus accipiendis sufficit q̄ bene utatur ac-  
 ceptis & nō requiritur q̄ optime utatur. et sic soluitur ratio  
 Durandi: sed q̄tum ad rationem sancti Thome ut aliquis  
 habeat charitatem (dicit) necesse est q̄ se disponat sc̄dm suā  
 totam virtutem. Dico p̄muniter: docto. hoc negant: sc̄z q̄ ne-  
 cesse sit q̄ adhibeat omnia que adhibere potest ad se dispo-  
 nendum. Nam nō requiritur q̄ homo sc̄dm extremū sui co-  
 natus disponat se ad gratiam recuperādā: q̄ hoc eēt nimis  
 durum. ¶ Secūda opinio est, pbabilior & videtur p̄formis sa-  
 cre scripture: sc̄z Paulo dicenti. nos oportet p̄sentari ante tri-  
 bunal xp̄i &c. ergo operibus debetur gradus glorie ultra glo-  
 riam que debetur gratie: & videtur q̄ vult habere paulus q̄  
 per omnē actum bonum elicītū ex gratia meremur gloriam  
 nō tamē gratiā. & sc̄dm istam opinionem attenditur p̄portio  
 p̄miorū sc̄dm aggregatorū p̄portionem ex meritis & gratia.  
 Et sc̄dm istam opinionem oportet p̄cedere correlarie q̄ de le-  
 ge ista simul stant q̄ stat habentes equales gratias inequa-  
 liter p̄miari: ut visum fuit de illis qui sunt equales in gratia  
 & meritis. & tamen vnus solus elicīt actū remissū ex gratia.  
 ergo non attēditur equalitas p̄miorum precise ex equalib⁹  
 gratiis. Similiter stat duos habētes inequales gratias eq̄-  
 liter p̄miari / ut sint duo equales in merito quorū tm vnus sc̄z  
 sortes habet duas gratias sacramentales: vnā baptismi: et  
 alteram p̄firmationis: & nullū habeat meritū p̄sonale: & pla-  
 to habeat vnum sacramentale: & aliud p̄sonale: habent ine-  
 quales gratias & equalia p̄mia: ideo sc̄dm istam opinionem  
 p̄miū non correspōdet soli gratie nec solis operib⁹ s̄z vtriusq̄.  
 Unde est difficultas apud istam opinionē quomodo auget̄  
 charitas: & non loquimur hic de operibus sacramentalibus:  
 nam ex opere operato semper p̄fertur gratia si rite suscipia-  
 tur: ideo p̄habita gratia augetur: sed seclusis operibus sa-  
 cramentalibus difficultas est videre quomodo augetur cha-  
 ritas in isto qui operatur bona opera: an operi operātis de-  
 beatur tātum p̄miū q̄tum debereē secluso augmento cha-  
 ritatis / hoc est an gratie correspondeat certus gradus glo-  
 rie: & actui merito alius gradus ab illo ut sit sortes qui fa-  
 cit actum bonum intensum ratione cuius datur / a / gratia /  
 an vnus gradus glorie debeatur sorti p̄ actu illo: & alius gra-  
 dus glorie debeatur ei p̄ a / gratia. & si sic sequit̄ q̄ si plato eli-  
 cit actum remissum nō agendo q̄tum potest ex charitate: ita  
 q̄ non p̄ducit p̄fectum & summū actum sequit̄ inquā q̄ plato  
 ni solum correspondeat vn⁹ gradus glorie p̄ opere. vel sic po-  
 nat̄ exemplū. sint sortes & plato: & sortes h̄z charitatē ut q̄t-  
 tuorū plato ut octo: & sortes agit q̄tum potest ex charitate ut  
 quattuor in illo auget̄ charitas: & plato non agit tm q̄tum  
 p̄t̄ in ip̄o platone nō auget̄ charitas: & sorti correspondeat p̄miū

## De charitate.

ex bono opere et gradu gratie. sed platonis solum correspondet gradus glorie ex parte sui operis et non ex parte sue gratie superaddite / quia nulla superadditur: ergo nunc sortes meritis de nouo maiorem gloriam quam plato ex simili operatione facta in gratia. ergo de nouo efficitur sortes dignior quam plato communitate similiter operando. quod videtur absurdum. et sic stare equaliter meritis equaliter premiari. Et ideo ad difficultatem iudicio meo esset dicendum quod quando acquiritur gratia solum ex parte operis operantis quod non correspondet nouus gradus glorie illi gratie distinctus a gradu glorie correspondente illi operi per quod acquiritur illa gratia: sed idem ambobus simul corrumpitur: ita quod una gloria tota simul correspondet operi et gratie: et non distinctus gradus: et alius gratie. Sed quando gratia acquiritur virtute sacramenti / dico quod illi qui solum ex vi sacramenti acquiritur quod dicitur gratia sacramentalis debet certus et determinatus gradus gloria a gloria debita cuius operi operato. et sic patet solutio illius difficultatis.

Quomodo per quolibet actum meritorium augeatur gratia preexistens. Cap. xij

prima propositio.



Estat nunc declarare tertiam opinionem per quam ponuntur aliquae propositiones. Prima. omnis actus procedens a gratia est meritorius augmenti glorie. hanc ponit monachus impugnando Thoma. probat / omnis actus procedens a gratia baptismali est meritorius augmenti glorie: ergo eadem ratio actus procedens a quacunque altera gratia est meritorius augmenti glorie. Consequenter patet: quia non est potior ratio de una quam de alia. ans patet: quia opposito dato sequeretur quod aliqui duo equaliter premiarentur quorum unus habet solum baptismalem gratiam sine personali merito / et alter habet baptismalem cum merito personali: sed hoc est contra omnes doctores: et probatur assumptum / sint sortes et plato paruuli habentes precise gratiam baptismalem: moriatur sortes antequam pueniat ad annos in quibus potest habere meritum personale et plato pueniat ad etatem rationis et eliciat solum unum actum a gratia baptismali qui non est meritorius augmenti glorie apud Thoma. cum non procedat secundum totam inclinationem illius charitatis: tunc plato non plus premiabitur quam sortes. igitur. Secundo arguitur et apparenter contra sanctum Thoma. Sequitur in aliquo casu quod aliquis gradus gratie foret alicui in detrimentum. patet: secundum eum si sortes habeat charitatem ut quattuor precise et eliciat actum ex illa charitate secundum totam latitudinem actiuitatis illius charitatis: ille actus est meritorius alicuius gradus glorie et gratie secundum eum / quia procedit ab habitu gratie secundum totam eius inclinationem. et sit ille gradus gratie / a / quam meretur de nouo per istum actum. Arguitur sic. si sortes haberet dimidietatem / a / gradum ultra illos quattuor gradus gratie et

nō operaret nisi scōz illos q̄tuor nūc nō operaret scōz totā in-  
clinationē charitatis. ergo talis act⁹ non esset meritorius nec  
gratie nec gl̄ie: z nūc cū caret dimidietate / a / grad⁹ / ille act⁹  
est meritorius. ergo dimidietatis grad⁹ foret in detrimentum  
ei⁹. ergo ppositū scōz q̄ charitas esset alicui in bānū z detrimē-  
tum. hoc videt̄ absurdū. ergo z illud ex quo sequit̄. **Sec̄da** **Sec̄da** ppō.

ppositio p̄tra scōz opinionē Scoti z Richardi. **Omnis act⁹**  
pcedens a quacunq; gr̄a est meritorius noui grad⁹ gratie.  
pbat̄ / qz sequit̄ bene: correspondet nouus grad⁹ gl̄ie: ergo et  
gr̄a: qz d̄r̄ p̄muniter q̄ scōm p̄portionē gratie dat̄ gl̄ia. igit̄ si  
p̄ omni tali dat̄ gloria oportet q̄ det̄ gr̄a p̄portionata illi gra-  
d̄ui gl̄ie: ergo quilibet actus ex gr̄a pcedēs siue magna siue  
parua: est meritorius noui grad⁹ gr̄e. posset aliter suaderi / ali-  
q̄s actus pcedēs ex gr̄a ex parte operis operātis augmen-  
tat gr̄az (de opere opato nō est q̄o: qz semp ex ope opato con-  
fer̄ noua gr̄a) z nō augmētat gr̄iam nisi qz dignificat illū de  
nouo maiori gl̄ia: s̄z quilibet q̄ pcedit a gr̄a dignificat agētē  
de nouo maiori gl̄ia. ergo quilibet talis augmentat gratiam.

**Tertia** ppositio. **Non** quilibet actus ex maiori gr̄a pcedēs  
est p̄pterea magis meritorius. pbat̄ de dilectiōe p̄mi multū  
remissa procedente t̄n ex magna gratia respectu dilectionis  
eiusdē pcedēs ex magno conatu z minori gratia / sed hoc est  
p̄tra antiquos exponētes illā auctoritatē: nō est attendendū  
q̄d facias: sed ex q̄to. i. quāta gratia: s̄z alij exponūt ex q̄ta in-  
tētione. ppō p̄batur: qz alias sequit̄ q̄ aliquis habēs parua  
gratiam nunq̄ posset peruenire ad gratiā illi⁹ qui habet iam  
magnā: z q̄ semp licet remisse operat̄. patet: qz q̄tūcunq; iste  
conetur ali⁹ eo q̄ habeat maiore gr̄am magis meret̄: s̄z hoc  
non est pcedendū. igitur nō quilibet actus ex maiori charita-  
te pcedēs est magis meritorius: z ista opinio videt̄ p̄babilior q̄  
semp p̄ omni actu a gratia pcedente datur nouus gradus  
glorie p̄tra p̄mā opinionē: z datur nouus gradus gratie con-  
tra scōam. [hanc scōz opinionem insequor: sed q̄stio est de  
actu contritionis qui non pcedit a gratia: sed in gratia tan-  
tum videtur q̄ tali actui non deberetur noua gloria postq̄  
non pcedit a gratia nec valet dicere q̄ sit vltima dispositio  
ad gratiam: quia sequeretur q̄ stante illo actu contritionis  
occurrente materia alicuius p̄cepti affirmatiui necessa-  
rio voluntas se conformaret illi p̄cepto z per consequens nō  
meretur se conformando: vel potest omittere actum. Si se-  
cundum. contritio staret cum peccato. si p̄mū: non merere-  
tur. hoc argumentum est difficile contra illam partem in  
qua tenetur q̄ quilibet actus bonus potest fieri malus.  
**Difficultas** est: vtrum solus ille actus qui a charitate pce-  
dit sit meritorius gratie z glorie. et videtur q̄ non: si fortes  
in mortali eliciat actum bonum quem continuet quo vsq̄

Additio.

## De charitate.

fit i gratia. 2 secūdo capio dispositionē qua quis se disponit ad remissionem peccati 2 infusionem gratie. talis dispositio pre cedit natura gratiam / ergo non est a gratia / 2 per conse = quens non est meritoria. Patet: quia ois actus moraliter bo nus in gratia factus est meritorius vite eterne precipue si fe ratur in deum tanq̄ in vltimum finem. Pro ista difficultate qua queritur: vtrū pro solo actu elicitō ex charitate debetur nouus gradus glorie aut gratie / est duplex modus dicendi. vt sit fortes qui prius caruit gratia iam elicit dispoñem pre = niam ad gratiam 2 potest illam elicere in instanti verū tamē ista dispositio nō est a gratia / sed potius videtur q̄ gratia sit ab illa dispositione saltem preparatiue. Dicūt p̄mi q̄ talis di spositio licet in esse nature p̄ cedat gratiā / in esse tamen gra = tifico vel acceptationis a deo sequitur ipsam gratiam 2 scdm tale esse est a gratia. Sed hoc non intelligo / q̄ quero an sub stantia actus illius sit gratia: ita q̄ iste actus realiter sit intē sior gradualiter q̄ foret si non haberet gratiam / 2 ideo respō det Sabriel in scdo q̄ pro illo instanti ille actus nō est merito rius nec gratie nec glorie / licet pro illo de p̄gruo detur gra = tia 2 gloria / igitur tenendo vniuersaliter q̄ ad esse meritoriuū requiritur p̄cursus gratie ille actus non est meritorius p̄ ta = li instanti pro quo elicitur / sed postea si libere p̄tinuetur erit meritorius de nouo. Sed p̄tra pro illo instanti est gratia / et gratie non repugnat in illo instanti primo sui esse agere / 2 est naturaliter p̄ductiua actus vt sol in primo instanti quo pro = ducebatur emittebat lumē. p̄ceditur q̄ in hoc instanti gratia agit 2 q̄ non repugnat illi agere / 2 q̄ naturaliter est produ = ctiva actus / sed nego q̄ agat in hoc instanti ad talē actum / quia repugnat ei agere actum ipsam natura precedentem : 2 ratio est. Nam bene sequitur / efficit istum actu. ergo et na = tura prior. ideo implicat p̄radictionē q̄ talis actus sit natu = ra prior ipsa gratia / 2 q̄ ipsa agat ad istum actum p̄ducendū sed postea charitas conseruabit talem a sola voluntate pro = ductum. [Videtur mihi q̄ propter imperfectionem habitus non est natus agere in primo instanti sui esse. Sed cōtra hoc est apparenna quia actus procedens ab habitu est imperfe ctior charitate infusa / ergo si actus potest agere in primo in stanti 2 charitas infusa. Propterea Sabriel videtur bñ dicere q̄ charitas non potest agere nisi cū conatu voluntatis quam precedit prioritate nature.

**Additio.**



**De diminutione charitatis.**

Cap. xiiij.

Sum est de augmento charitatis / 2 terminata est difficultas scōz duplicem opinionem: an cha ritas a quolibet actu elicitō augeatur. Nūc p̄ se quenter videndum est de diminutione charita tis. vtrū videlicet charitas possit diminui. Re

In quo difficultatem communem vtrum detur summum ad  
 quod charitas sit augmentabilis vel augmentari potest  
 quia iam satis hoc terminatum est cum ageretur de habiti-  
 bus acquisitis cum sit idem iudicium unde de lege datur su-  
 ma charitas quam possum habere. vel minima quam non / quia  
 de lege datur certum tempus ultra quod non vivam / et in tali te-  
 pore non possum infinitos actus habere. ideo datur certus  
 numerus actuum ultra quem non possum elicere alios actus. /  
 quo facto charitas quam quis meretur per illos actus est finita  
 de lege. Sed redeo ad difficultatem motam / videlicet vtrum  
 charitas possit diminui. Unde charitatem posse diminui du-  
 pliciter intelligitur. Uno modo demeritorie de lege. i. quod pos-  
 sit dari aliquis actus qui de lege erit solum demeritorius pre-  
 cise perditionis unius partis charitatis. et illo actu habito pre-  
 tur precise tanta pars charitatis et non tota quemadmodum da-  
 tur aliquis actus meritorius precise certe partis. Unde certum  
 est infusa non diminuitur actu nisi demeritorie / quia sicut  
 a solo deo produci potest: ita a solo deo corrumpitur. Alio mo-  
 do intelligitur quod charitas simpliciter et absolute sit dimini-  
 bilis siue de lege siue preter legem siue contra legem. hoc sup-  
 posito dicitur quod charitas in secundo sensu est diminuibilis. Patet /  
 bene sequitur charitas est augmentabilis. ergo est dimini-  
 bilis simpliciter et absolute. Patet persequentia. bene sequitur /  
 est augmentabilis / ergo potest illi addi unus gradus de no-  
 vo seorsum / et ultra. ergo deus potest seorsum corrumpere il-  
 lum gradum / quo facto diminuetur: et sic est diminuibilis sim-  
 pliciter et absolute. ¶ Secunda propositio. charitas non est  
 diminuibilis primo modo. Contra hanc propositionem sunt due  
 opiniones. una visis et impugnatis probatur nostra secunda  
 propositio. ¶ Prima quam videtur tenere. Altissimi est quod cha-  
 ritas diminuitur per venialia. hoc modo. scilicet quod primum venia-  
 le aufert unam partem. secundum veniale quodvis eque graue  
 sicut primum non aufert tantum sicut primum / sed solum sub-  
 duplum: ut si primum veniale auferat unum gradum: secun-  
 dum veniale quodvis eque graue non auferet nisi medium gra-  
 dum / et tertium veniale subduplum ad secundum / et quartum ad ter-  
 tium: et sic consequenter et isto modo secundum hanc opinionem ve-  
 nialia non possunt diminuire charitatem ad non gradum vi-  
 quod quocumque illa venialia multiplicentur. et sic venialia equa-  
 lis grauitatis non auferunt equales partes eiusdem chari-  
 tatis secundum Altissimi. et nunquam remittit usque ad non gradum per venialia  
 sicut hitus ad bonum remittit per malum actum et quocumque multipli-  
 centur mali actus nunquam absorbetur homo quin remaneat semper aliquid  
 habitatis ad bonum. ¶ Alia est opinio Richardi clymeton quod cha-  
 ritas diminuitur per venialia secundum certam grauitatem  
 illorum et per partes eiusdem charitatis etiam. ut sit sortes ha-

Caritas dupliciter  
 diminuitur / = //

Secunda propositio.

## De diminutione charitatis

bens charitatem vt. viij. committit vnum veniale certe gra-  
uitatis/ secundum eum tale veniale aufert vnam partem il-  
lius charitatis vt. viij. gratia exempli aufert vnum gradum  
demeritorie elicit postea aliud veniale tante grauitatis cum  
primo tale aufert vnum alium gradum charitatis & sic per il-  
la duo venialia remanet charitas precise intensa. vt. vi. et  
sic per. viij. venialia eiusdem grauitatis cum primo aufertur  
tota charitas. ¶ Et cum arguitur contra eū. ergo charitas  
potest perdi per sola venialia. negat consequentiā: quia quā-  
do elicit vltimum veniale qđ. s. est demeritorium perditionis  
totius charitatis que restat/ dicit qđ tunc non peccat solū ve-  
nialiter sed mortaliter: non qđ peccet mortaliter per venia-  
le quod elicit: sed peccat mortaliter omisiue quia tenetur  
seruare charitatem quam non seruat. ideo peccat mortali-  
ter: & iste sunt due opiniones opposite secunde positioni su-  
perius posite que licet non sint multum pbabiles neq; appa-  
rentes non tamen sunt heretice. ideo arguitur contra am-  
bas. primo sic. sequitur qđ pro veniali quis puniretur eterna-  
liter & pena perpetua. patet sic/ sit sortis qđ precise habet gra-  
tiam baptismalem: & nullam aliam: & primus actus quem eli-  
cit sit venialis non sufficiens tamen ad demerendum perditio-  
nem totius charitatis sed solum vnius ptis/ & decedat imme-  
diate post illud veniale commissum sine quocunq; bono mo-  
tu. i. merito personali. tūc solum pmiabitur ratione charita-  
tis & nō ratione operū. ergo scđm valorem charitatis in qua  
decedit. ergo premiabitur minus perpetuo qđ paruulus de-  
cedens immediate post baptismū: et pro veniali solū sine ra-  
tione illius: ergo illo gradu certo glie quo paruulus pmiabi-  
tur plus qđ ipse sortis/ eternaliter priuabitur ratione illius ve-  
nialis/ & vltra ergo pctm veniale punietur eternaliter pena  
dāni qđ est maxima pena. Nam ois priuatio boni qđ alias in-  
ellet & nūc non inest ratione culpe dicitur pena damni alias  
paruuli decedētes in originali non puniretur pena dāni. hoc  
est manifeste falsū: & cōtra oēs doc. ergo vtraq; istarū duarū  
positionum est falsa. & hoc argumentū equatēter currit ptra  
ambas opiniones. [ hoc argumentū est apprens: sed qui vel-  
lent pteruire dicerent qđ nō sufficienter describitur pena dā-  
ni: sed addendū est ratione culpe mortalis in se vel in altero.  
Sed fieret replica de obstetricibus que meruerunt bonum  
tēporale a quo potuerunt impediri per solum pctm veniale ]  
¶ Scđo arguitur ptra secundam opinionē. sequit qđ quilibet  
quicunq; peccat venialiter qđ teneret confiteri de illis veniali-  
bus vel saltē de omisiōe. patet: incertū est sorti qđtam chari-  
tatem habeat. ergo incertū est ei si habeat maiore qđ per ve-  
niale demereatur corrūpi/ & vltra/ ergo incertū est ei an pec-  
cet mortaliter. ergo tenetur ad minus pfiteri sub dubio de ve-

Additio



nialibus / sequens est absurdū apud omnes doc. quibus mul-  
 tiplicentur venialia sine termino non tenemur illa cōfiteri &  
 esset difficile multum multiplicare secundum illam opinio-  
 nem quin charitatē corumperēt. Relinquuntur ergo iste opi-  
 niones tanq̄ minus probabiles. & pbatur secunda propositio  
 q̄ non possit charitas diminui / quia si sic: hoc esset per venia-  
 le vel mortale / non per veniale vt probatum est: nec p̄ mor-  
 tale quia mortale nō illā diminuit: imo totaliter aufert de me-  
 ritorie. igitur resolutorie habent iste due propositiones ve-  
 re. Prima q̄ simpliciter & absolute potest diminui charitas.  
 Secūda q̄ non potest diminui de lege. ¶ Contra hanc secun-  
 dam propositionem. Bre. in. xvij. d. & de Aliaco post eum fa-  
 ciunt tale argumentum. Sit sortes qui habeat charitatē vt  
 iij. eliciat actum meritorū quo augeat precise suam charita-  
 tem per vnum gradū ita q̄ talis actus sit precise meritorius  
 vt vñ: & talis gradus sit a. tunc charitas sortis habebit quin-  
 q̄ gradus. tunc sic arguitur / potest dari vnus actus precise  
 demeritorius vnius gradus sicut actus erat meritorius vni-  
 us gradus. ergo illo gradu deperditur precise tantum de  
 charitate quantum acquirebatur per actum meritorium vt  
 vnum / & per consequens remittitur charitas / & non totaliter  
 aufertur. q̄ possit dari actus eque demeritorius. Patet: po-  
 test dari actus minus meritorius puta veniale / & potest da-  
 ri magis demeritorius. ergo potest dari vnus equaliter de-  
 meritorius sicut. a. actus meritorius. ¶ Ad argumentum ad-  
 mitto casum / & distingo q̄ possit dari actus eque demerito-  
 rius precise sicut est actus / a / meritorius. vel in illa dispositio-  
 ne in qua nūc est sortes puta hñdo gratiam vt. v. & sic negat.  
 vel q̄ possit dari eque demeritori⁹ simpliciter: & sic p̄ceditur.  
 Dico sc̄do q̄ actus non sunt p̄parabiles adinuicē sc̄dm meri-  
 tum & demeritū. & tunc argumentū esset frustratū / sed hoc ad-  
 nullo / dico q̄ postq̄ habet charitatē vt quis non potest dari  
 aliq̄s eque demeritorius precise. nā sortes meretur augmētum  
 vnius gradus gr̄e & certū gradū btitudinis: & nō totā btitudi-  
 nē ex illo gradu. a. q̄ gr̄e p̄cedēti corr̄idet aliquid btitudinis  
 & sortes non pōt elicere actū demeritoriū moraliter q̄n deme-  
 reat totā beatitudinem quia est dignus. ergo plus demereē  
 de p̄ditione gr̄e & btitudinis q̄ prius merebat de acq̄sitione  
 per actū meritoriū vnius & preter hoc demereē penā sensus:  
 ergo non pōt dari aliq̄s actus demeritorius q̄n sit magis de-  
 meritorius q̄ meritorius erat p̄cise act⁹ vnius gradus / s̄ sim-  
 pliciter & absolute pōt dari eq̄liter meritorius & demeritori⁹  
 sed nō cū ista circūstantia in habēte charitatē vt q̄nc̄s vel in il-  
 lo q̄ immediate habuit. ¶ Tertia p̄pō / pct̄m veniale bñ remit-  
 tit feruorē charitatis. vñ feruor charitatis infuse est actus ex  
 charitate ifusa elicit⁹ / vel ē h̄it⁹ acq̄sit⁹ ex illo actu vt dicit de

Veniale re-  
 mittit feruo-  
 rē caritatis

## De diminutione charitatis.

Aliaco. vt fortes habens charitatem infusam / ex tali chari-  
tate infusa elicit dilectionem dei sup oia talis dilectio est fer-  
nor charitatis infuse ex illo actu derelinquitur habitus aliquis q  
vocatur etiam feruor charitatis infuse. Probatur tertia pro-  
positio. sit aliquis diligendo deū super oia cū hoc peccet ve-  
nialiter amando creaturam / tunc nō tm diligit deū super oia  
sctum diligeret si non haberet illam dilectionē veniale crea-  
ture / quia pluribus intentus minor est ad singula sensus. er-  
go occasionaliter remittitur. i. redditur minus intēsus q̄ fo-  
ret sine tali actu veniali. Preterea / certū est q̄ ipse actus ve-  
nialis remittit habitū acquisitū ex actibus p̄trariis. z illi ac-  
tus p̄trarij erant a charitate: quia erāt meritorij: ergo pec-  
catū veniale remittit feruorē charitatis. Sed questio ē vtrū  
possit totaliter auferre charitatē siue feruorē charitatis. Wi-  
citur q̄ aliqd veniale aliquē feruorē totaliter potest auferre  
z est ei incōpossibile. vt veniale quo volo mentiri iocose est  
incōpossibile nolitioni qua nolo mentiri iocose: sed nullum  
veniale est incōpossibile cuiusq̄ feruori simpliciter vt quo-  
cunq̄ dato erit dabilis aliquis feruor charitatis cui non re-  
pugnat: licet aliis feruorib⁹ repugnet: z sic aliqd veniale p̄tō  
aliquē feruorē totaliter diminuerē p̄trarie / sed non demeri-  
torie. ¶ Dubitatur vtrū sit aliqd pctm veniale quod sit incō-  
possibile cuiuslibet merito: hoc est an ista sint incōpossibilia /  
mereri z peccare venialiter. Et apparet q̄ nō: qz veniale nul-  
laz aufert charitatem: ergo. ¶ In oppositū arguitur: odium  
dei subrepticium non stat cū merito. Patet: bene sequit ille me-  
retur: ergo habet actū q̄ est dilectio dei super omnia vel qui  
ex illa procedit. nā qui meretur oportet ipsum habere actum  
immediate circa deū vel circa creaturā impatū a dilectione  
dei super omnia: sed implicat q̄ quis habeat odium dei subre-  
pticium z q̄ amet deum super omnia: cum nullus possit simul  
amare z odire idem obiectum cum ergo queritur vtrum sit  
aliquod veniale q̄ cuiuslibet merito repugnet. dico q̄ non: quia  
odium dei subrepticium supponendo q̄ sit tale (Nam occham  
in quolibeto dicit nullum tale esse ponendū. z odire deum  
illo) implicat mereri odio. modo implicat odire deum z ama-  
re eum secundum eandem rationem z ad eade. sed nō im-  
plicat odire deū z eū amore secundū diuersas rationes. vt nō  
implicat odire subrepticie z amare deliberate / sed hoc con-  
cesso q̄ ista duo non stent vt mereatur oportet diligere deū  
super omnia / ideo odium subrepticium stabit cum merito a-  
ctuali imperato a dilectione dei.

¶ De resurgente a peccato an resurgat ad  
maiozem gratiam z glouiam. Cap. xv.

**Q**onsequenter querit. Utruz qui cecidit a gratia  
 et postea resurgit resurgat ad maiorem gratiam  
 et omitto modos quibus resurgit quia notum est  
 quod nullus resurgit ad gratiam nisi per penitentiam.  
 Quatum ad hoc sit prima propositio. Quicumque  
 resurgit a peccato mortali ad minus semper resurgit ad equa-  
 lem gloriam siue ad dignitatem equalis glorie siue ad acce-  
 ptationem ad equalē gloriam quod idem est. Unde existēs  
 in mortali secundum presentē iusticiam non est acceptatus  
 ad gloriam: sed quando resurgit non solum resurgit ad habi-  
 tum infusum. i. ad grām sed de nouo ad acceptationē ad glo-  
 riam secundum presentem iusticiam: probatur propositio: quia  
 opposito dato sequit̄ quod quis pro peccato dimisso eternaliter pu-  
 niret̄: et ista est vnica ratio efficax ad hoc probandum. Patet  
 cōsequētia. bene sequit̄: iste resurgit ad minorem accepta-  
 tionem glorie quā prius fuit acceptatus: ergo si nunc decede-  
 ret minus priuabit̄ quā si decedisset ante casum. i. ante cecidisset  
 a gratia. hec p̄na est euident̄ et vltra: iste minus priuabit̄: si  
 nunc decedat quā si decedisset ante caderet a grā: ergo per ali-  
 quem gradum minus priuabit̄: ergo illo gradu perpetuo pri-  
 uabit̄ propter casum. tunc sic arguit̄ illo gradu perpetuo pri-  
 uabit̄ propter illud peccatum: ergo propter peccatum dimissum prope-  
 tuo priuabit̄: et illa priuatio est pena: ergo puniet̄ perpetuo pro  
 peccato dimisso. consequens est falsum. patet per Ezechielem  
 si conuertat̄ peccator: omnium iniquitatū eius non recorda-  
 bor. supple quantum ad punctionem eternam. igitur prima propositio  
 vera. Secunda propositio probabilis est etiam eius oppositum  
 probabile est: quicumque resurgit ad minus resurgit ad equalē  
 grām. Ista non potest ita efficaciter probari sicut prima: et suppo-  
 nit quod precise penes equalitatem vel inequalitatem grarum sit  
 equalitas vel inequalitas acceptationis ad gloriam secundum  
 presentem iusticiam. Etiam prius allegate sunt opiniones cō-  
 trarie quod non solum valor grē correspondet valor glorie: sed  
 valor grē et valor operum. Unde dicit Scotus quod non semper  
 oportet hominē resurgere ad equalē grām sed oportet semper  
 per ipsum resurgere ad maiorem gloriam. tamen suadeo istā  
 secundam propositiōem quasi eodem argumento sicut primam.  
 Arguit̄ sic. quibus non solum respondeat valor glorie valor gra-  
 tie: cuiuslibet tamen grē aliquid glorie correspondet distinctū  
 (secundum illam opinionem) a gloria correspondet operibus: er-  
 go si fortes resurgat ad minorem grām: etiam resurget ad  
 acceptationem minoris glorie. consequens est improbatum in  
 prima propositiōe: quibus non resurgat a debito totius glorie so-  
 li gratie debite nichilominus cuiuslibet gradus grē correspon-  
 det aliquid glorie debitum a gloria correspondente grē et a  
 gloria correspondente operibus. ergo si resurgit ad minorem gra-  
 tiam.

## De resurgente a peccato.

Tertia ppō

nam / similiter etiam ad minorem gloriam. nam bene sequitur resurgit ad minorem gloriam debitam gratie: ergo simpliciter resurgit ad minorem gloriam. Patet: sortes qui resurgit quantum ad debitum operibus resurgit ad equalem gloriam: sed ex parte gratie resurgit ad minorem: ergo respiciendo ad totalem gloriam ad quam resurgit talis resurgit ad minorem gloriam. Consequens est improbatum in prima propositione. ergo propositio secunda relinquitur utcumque probata. ¶ Tertia propositio quam multi ponunt et in qua est quasi tota difficultas. Quicumque resurgit / resurgit ad maiorem et gratiam et gloriam. Patet: quicumque resurgit / primo resurgit ad omnem gratiam quam prius habuit et ad omnem gloriam prius sibi debitam / et cum hoc resurgit ad unum gradum gratie quem non habebat et ad unum gradum glorie qui prius illi non debebatur. igitur tertia propositio vera. Prima pars huius propositionis patet ex secunda propositione: et secunda ex prima. Tertia pars patet: scilicet quod resurgat ad gradum gratie quem prius non habebat: et glorie qui prius non ei debebatur. nam quicumque resurgit hoc est per opus meritorium. ergo ratione illius operis meretur gradum gratie quem nunc habuit et unum gradum glorie qui nunc fuit ei prius debitus. igitur. Et ista est propositio guillemi parisiensis in libro de sacramentis tractatu de prudentia. Unde non est difficultas quod quicumque resurgit per sacramentum quin resurgat ad unum gradum gratie et glorie non prius habite nec debite: quia ex vi operis operati conferuntur. Sed est difficultas de illo qui resurgit sine sacramentis: hoc est ex vi operis operantis. i. ex dispositione et bono motu voluntatis. et quod sit difficultas sic suadeo / sit sortes qui cecidit a gratia et gloria ut octo / resurgit a peccato per contritionem solum in primo instanti quo est in gratia non est dignus maiori gloria quam prius: ergo non resurgit ad maiorem gloriam. Patet antecedens. in primo instanti in quo est in gratia post casum nullum opus elicuit ex gratia. ergo post casum nichil meruit de gloria / et non acquirit aliquid de gloria ex vi operis operati. igitur. unde dictum est quod nullum opus est meritorium nisi sit ex gratia. ideo cum dispositio est prior natura quam gratia: non est meritorium. Unde sortes resurgens ex vi operis operantis in hoc instanti non meretur aliquid glorie. Patet quia in hoc instanti non operatur ex gratia. et post casum nunc operatus ex gratia: ergo post casum non est dignus maiori gloria quam erat antequam caderet. et hoc apparet multum probabile. et hoc videtur sentire Eliphaz in prima distinctione quod quicumque resurgit ex vi operis operantis / resurgit ad equalitatem gratie. Sed contra hoc arguitur. si iste surgeret (non dico resurgeret) ita quod nunc fuisse in gratia prius: surgeret per opus operans ad aliquem gradum gratie quem nunc habuit: ergo ratione istius

Eliphaz

De resurgente a peccato. Fo. lxxx.

boni motus quia non sit a charitate debet aliquis gradus gratie. ergo cum resurgit non solum resurgit ad gratiam quam habuit ante casum / sed cum hoc ad gradum ultra qui debetur illi dispositioni per quam resurgit. et ponitur talis analogia / sit sortis adultus non baptizatus qui nunc fuit in gratia. est possibile quod acquirat gratiam ex vi operis operantis: id est per bonum motum voluntatis quo vult effici christianus et baptizari sed non habet oportunitatem: quia non invenit sacerdotem paratum. et si eum peniteat veteris vite sibi confertur gratia antequam recipiat sacramentum baptismi et talis nunc habuit gratiam et non confertur nisi per opus operans. ergo isti dispositioni que est bonus motus sortis debet aliquid gratie et non minus deberetur ei quam si fuisset prius in gratia. ergo ille qui fuit prius in gratia. resurgens per bonum motum non solum resurgit ad equalem / sed etiam ad maiorem gratiam / et ex consequenti ad maiorem gloriam ei debitam. et hoc videtur michi concedendum. [ hoc argumentum est bonum ad probandum quod in primo instanti quo gratia infunditur concurrat ad actum alioquin aliquis habebit vitam eternam qui nunc elicit meritorium et non habuit sacramentum ullum quod non concedo. ] Et ad argumentum in oppositum / quando quis resurgit in primo instanti verum est dicere quod non meretur per bonum motum / quo resurgit. ergo nec meretur gratiam / quia per quamcumque meretur gloriam meretur gratiam nec prius merebatur post casum a gratia / quia non operatur ex gratia. ergo meretur / nec ante merebatur. dico admittendo casum quod sortis in hoc primo instanti resurgat per bonum motum / verum est quod in illo non mereatur de condigno / quia iste bonus motus est a sola natura et non a charitate (etiam supposito auxilio divino) sed dico quod meretur de congruo quia ex dispositione qua habet gratia secundum legem deus infundet gratiam. sed ultra illam infundetur aliquid gratie ratione illius dispositionis / et consequenter meretur aliquid glorie. Difficultas circa secundam et tertiam propositiones. ex illis sequitur quod aliquis resurgeret et non posset dari certus gradus gratie ad quam resurgeret: patet: capio sortem qui per totam horam precedentem terminatam ad hoc instans merebatur intendendo bonum motum successive / in hoc instanti terminante horam peccet mortaliter / quia in illo instanti potest elicer evocationem prohibitam vel omittere aliquid quod precipitur eliciendum pro illo instanti sub pena peccati mortalis. illo casu posito arguitur sic. non datur certus gradus gratie a quo cadit ergo quando resurgit non datur certus gradus gratie ad quam resurgit. patet antecedens primo in hoc instanti

Additio.

## De resurgente a peccato

iste non habet grā / quia est in mortali per casum positum /  
z non potest dari maxima grā quam habuit prius. ergo non  
dat maximus gradus grē a quo cadit. consequentia est cer-  
ta .et minor pbatur. quacumq; gratia signata ante illud in-  
stans adhuc aliquid merebatur quod addebatur illi gratie  
precedenti. ergo illa non erat summa. Unde communiter bi-  
cit apud Gregorium si sit aliqua qualitas que successiue in-  
tendatur vsq; ad aliquod instans z in illo annihilat̄ tota a  
deo q non datur certus gradus qualitatis qui fuerit / ergo  
in pposito si sortes per totam horam mereatur vsq; ad hoc  
instans / z in hoc instanti peccet: non datur summus gradus  
a quo cadit / z non resurgit nisi ad illam a qua cecidit / z ad il-  
lam que debetur dispositioni per quam resurgit .ergo cum  
non detur summum a quo cadit non dabitur summa grā ad  
quem resurget : z hoc est impossibile q sit aliqua qualitas in  
instanti quin detur summum eius . Dico q ista sunt conce-  
dēda. p̄mū: nō dat̄ summa grā qua sortes habuit. Scdm. nō  
dat̄ summa grā qua sortes fuit dignus. z sic nō datur nec sum-  
ma gratia a qua cecidit / nec summa grā a cuius debito ca-  
dit. nam quocumq; gradu glorie sortes fuit dignus in instan-  
ti posteriori maiori fuit dignus / quacumq; grām in instan-  
ti habuerit in instanti posteriori maiore potuit habere. Ter-  
tium concedendum q quando resurgit non solum resurgit  
ad grām quam habuerit nec solum ad debitum glie p̄us de-  
bite: sed resurgit ad totam grām quam habuisset in illo instā-  
ti / et ad totum debitum glie que debita fuisset in illo instan-  
ti. Datur analogia. aliquis adultus accedit ad baptismum /  
baptisatur / tamen ponit obicem ne recipiat grām baptisma-  
lem / si postea resurgat talis resurget ad illam quam habu-  
isset in baptisate si non posuisset obicem. Similiter dico in p-  
posito . sortes per totum tempus meretur augmentum grē  
successiue vsq; ad illud instans terminans horam z in illo p-  
nit obicem z si non posuisset in illo instanti fuisset gratia intē-  
sior z maior gloria debita q̄ prius q̄ prius nō fuisset in illo in-  
stanti primo merita capiēdo ly merita nominaliter . Ideo  
cum resurgit / resurget ad totum illud quod habuisset et de-  
bitum fuisset ei in illo instanti . Et sic dicta sufficiant de virtu-  
tibus theologicis.

¶ Tractatus tertius de virtutibus moralibus  
et vitis oppositis.

De diuisione virtutis in moralē z intellectualē.  
¶ Capitulum primum.



Proposito fine de virtutibus sup  
humanis .i. theologicis: consequen  
ter agendum est de virtutib<sup>9</sup> hu  
manis . & p̄supponitur distinctio  
posita supra quando quereba  
tur quomodo differunt theolo  
gice & humane. ¶ Dictum enim  
est quia humane sunt circa ali  
quod obiectuz secundum aliquā  
rōnem que non excedit humanā  
rōnem. ¶ Tres sunt acquisite / a  
lie vero infuse. vnde .s. Tho. nul

las ponit theologicas acq̄sitas. his suppositis. queritur vtrū  
virtus bene diuidat̄ in intellectualem & moralem. Et appa  
ret q̄ non virtus intellectualis non est virtus. ergo virt<sup>9</sup> non  
bene diuiditur in intellectualem & moralem. patet antecede  
s / habitus ille non est virtus cuius actus est indifferens ad bo  
nitatem vel malitiam. sed actus virtutis intellectualis ē hu  
iusmodi. igitur. Relinquo maiorem satis notam ex auctori  
te Augusti. dicentis virtutibus nunq̄ contingit male vti: sup  
ple elicitive. hoc est nunq̄ contingit actum habitus virtuo  
si esse malum. patet minor / inter virtutes intellectuales vna  
ponitur scientia / sed actus scientificus est indifferens ad bo  
num & ad malum. nam stat aliquem ex habitu scientifico eli  
cere actum / & illum in bonum & in malum finem ordinare.  
ideo actus virtutis intellectualis est indifferens & ad bonū  
et ad malum. igitur virtus non bene diuiditur / prima sui di  
uisione in moralem & intellectualem. ¶ In oppositum tamē  
est Aristoteles sexto ethicorum / qui postq̄ tractauit de vir  
tutibus moralibus in precedentibus libris / consequenter in  
ipso sexto tractat de intellectualibus. ¶ Pro solutione huius  
difficultatis notandum est ex doctrina sancti Thome / q̄ ali  
quis habit<sup>9</sup> dupliciter dicitur virtus. Uno modo / quia facit  
facultatem alicuius operationis bonaz q̄ de facto est / vel po  
test esse bona. Secundo modo. quia facit vsum illius habit<sup>9</sup>  
esse de facto virtuosum. primo modo dicit virtutes intelle  
ctuales esse virtutes. Nam scientia facit facultatem ad actū  
scientificum qui actus est bona operatio ipsi potentie intelle  
ctiue. Similiter intellectus habitus facit facultatem ad as  
sensum premissarum siue principiorum que sunt operatio  
nes bone intellectui potentie: sed habitus non facit q̄ vsum  
sui met sit bonus & virtuosus / quia hoc dependet ex libero  
arbitrio volūtatis: hoc ē talis hitus nō inclinat ad hoc vsum  
ei sit bonus. patet / nunq̄ aliq̄s vsum est bonus aut virtuosus  
nisi per actum voluntatis. sed habitus intellectuales non  
inclinant ad actus voluntatis. ergo secundum se non incli  
ant

### De diuisione virtu. in mora. & intel.

nant ad hoc vt vsus ad illam operationem sit bonus. habet ergo q' capiendō virtutes primo modo / virtutes intellectuales sunt virtutes: & non secundo modo capiendō sole virtutes morales sunt virtutes. & in prima diuisione capiuntur virtutes vt est quid commune ad illas duas acceptiones nunc positas. ideo respondetur ad argumentum prius factum / habitus ille non est virtus cuius actus est indifferens & ad bonum et ad malum. verum est q' habitus ille non est virtus secundo modo cuius actus est indifferens. sed bene primo modo. Dico q' aliquis habitus est virtus cuius actus est indifferens ad bonitatem vel malitiam puta per bonam / vel malā relationem voluntatis in finem. Unde stat actum alicuius habitus artis esse malum ppter malam relationem. De distinctione virtutum intellectualium adinuicem non intendo p nunc tractare. sed accedo ad morales mouendo questionē de distinctione illarum adinuicem in communi. ¶ Utrū scilicet bene distinguantur in prudentiam fortitudinē iusticiam & intemperantiam. & videtur q' non / q' prudentia est virtus intellectualis. ergo non debet poni inter morales. patet antecedens / quia actus prudentialis est iudicare de agendis / modo iudicare est actus intellectus. ergo & eius habitus q' h'it' actus ab eo elicitus semper sunt in eadem potentia. Non est difficultas de alijs tribus quin sint morales sed difficultas est de ipsa prudentia. ¶ Unde prudentia secundum essentiam eius est intellectus / quia est subiectiue in intellectu & eius actus est intellectualis. sed ipsa prudentia est virtus moralis secundum materiam / siue secundum obiectum / quia versatur circa illud obiectum circa quod versantur ceterae morales virtutes. & sic secundum suam naturam & essentiam dicitur intellectualis / secundum vero materiam moralis. Item ipsa prudentia magis accedit ad esse virtutis moralis q' ceterae quatuor alie intellectuales scientia / sapientia / ars & intellectus: patet sexti ethicorum tertio. quia alie secundum se non faciunt vsus bonos. sed ipsa prudentia non solum dicit facultatē ad operationem immo facit vsus singularum bonorum. notum est enim q' prudentia facit vsus iusticie bonum: hoc est nisi adesset actus prudentie nunq' esset bonus ipsius iusticie vsus & sic de alijs dicendum est puta q' ipsa prudentia facit vsus aliarum bonos. patet igitur / q' tres sunt virtutes morales secundum essentiam: altera vero puta prudentia est solum moralis secundum materiam. intellectuales vero sunt secundum essentiam intellectualem. [ prudentia facit vsus aliarum virtutum bonum / & quia circa eandem materiam versatur dicitur moralis obiectiue & vsiue alie nec vsiue nec obiectiue sunt morales. ]

Aditio.



De actibus prudentie.

Cap. ij.

**A**Onsequenter videndum est de actibus prudentie qui communiter a doctoribus tres assignantur scz eubolia/synesis/et nomin/et an distinguantur inter se. pro declaratione notandum qd Eubolia secundum Thomam est actus quo bene consiliamur. Synesis est iudicativa siue iudicium de agendis secundum communem legem. nomin est precipere secundum ipsam rationem naturalem in his in quibus deficit lex communis. primus igitur actus est Eubolia .i. consiliari. Secundus synesis .i. iudicare. Tertius est precipere et iste ultimus actus .s. precipere secundum Tho. vocatur proprie prudentia. Unde dicit pma secunde. questio. lviij. qd isti tres actus distinguuntur realiter abinvicem. et sic se habent qd semper posterior est principalior parte. Unde eubolia seu recte consiliari: seu recte inquirere est actus prudentie minus principalis qm iudicare. ratio est quia ille actus non est nisi ppter secundum .i. ppter iudicare immo quando habetur iudicium non est amplius opus inquisitione. ideo pmi actus est ppter secundum .i. ppter iudicare. dicit ultra. s. Tho. qd ultra actum secundum ponitur tertius actus perfectissimus .s. precipere. et ratio est (dicit) nam cum actu secundo scz iudicare stat peruersitas in affectione alias non posset quis agere contra conscientiam: et iste pmi actus est actus prudentie .s. precipere cum quo non stat peruersitas: et de isto dicitur omnis malus ignorans. et habitus inclinans ad istum actum est habitus principalis prudentie qui connectitur cum virtutibus moralibus que non stat esse sine morali virtute. Unde facile ex ista distinctione actuum prudentie possunt intelligi multi passus. s. Tho. Actus prudentie vocat partes potentiales inclinantes ad tertium actum. et ponit distinctionem realem inter illos actus et quia non possum bene capere hanc opinionem: arguitur qd non sit ponendus ille tertius actus scz precipere. et non est difficultas quin duo pmi sint ponendi. Dicit sanctus Tho. qd postquam intellectus iudicat dandam esse elemosinam/habet alterum actum qui exprimitur per ly fac. vel des. quo habito necessitatur voluntas ad volendum dare. Arguitur contra hoc. nam secundum Aristotelem non ponuntur nisi tres operationes intellectus .s. simplex apprehensio/discursus/compositio vel diuisio: sed ille tertius actus quem ponit non est simplex apprehensio neqz discursus. ergo est compositio vel diuisio: et non est compositio vel diuisio apprehensiva. ergo est iudicativa/et si est iudicativa: ergo non apparet qd sit ponendus actus precipiendi distinctus ab actu iudicandi. ¶ Secundo arguitur sic. habito actu iudicandi secundum esse non necessario sequitur actus precipiendi: quia alias cum actu iudicandi nunquam stare elicitio

l. iij.

## De actibus prudentie.

oppositi/ vt habito actu iudicatio q̄ dāda est elemosina nō  
necessario sequitur actus p̄cipiendi. s. des vel fac. Tunc ar-  
guitur sic illo actu iudicandi habito sine p̄ductiōe actus p̄ci-  
piendi: vel possum elicere volitionem conformē illi iudicio:  
vel non. Si dicas q̄ non possum. contra. possum ex simplici  
apprehensione secluso actu p̄cipiendi. ergo possum etiam ex  
iudicio secluso etiam quocunq; alio actu sequente. Si dicas  
q̄ possum. Arguitur sic/ illa volitio est bona. ergo superfluit  
actus p̄cipiendi ad bonitatem illius actus. Antecedens pa-  
tet/ primo talis volitio est elicitā/ libere et scienter quia scio  
hoc est faciendum: p̄pter hoc. i. finem debitum: et circa ma-  
teriam debitam. Et ista sufficiunt ad bonitatem actus mo-  
ralis secūdam Aristotē. ergo superfluit ille tertius actus quē  
ponit thomas. ¶ Tertio sic. ipse scz Tho. videtur dicere q̄  
iste actus iudicandi non est perfectissimus actus prudentie  
quia cum tali stat peruersitas in affectione sed actus ille ter-  
tius scz p̄cipere est perfectissimus: quia cum illo non stat per-  
uersitas in affectione. ¶ Contra. vel causatur mere libere  
vel pure naturaliter talis actus p̄cipiendi. Si dicas secun-  
dum ergo cum mere naturaliter ad illum actum p̄cipiendi  
sequit̄ elicit̄ iō: ergo nec hoc nec illud erit bonum aut vitiosum  
patet consequentia/ nichil est bonum aut malum moraliter  
nisi libere eliciatur vel imperetur. ergo si tam p̄cipere q̄ eli-  
cere causentur necessario neutrum erit bonum. Si dicatur/  
q̄ ille tertius actus scz p̄cipere causatur libere: sed ad illum  
necessario sequitur elicitio in voluntate. tunc sequitur/ q̄ bo-  
nitas aut malitia moralis esset attribuenda actibus intelle-  
ctus et non voluntatis. Patet consequentia: quodocunq;  
sunt duo actus sic se habentes q̄ vnus est liber in se et alter  
necessario sequitur ad primū: ille secundus non habet liber-  
tatem pprie dictam nisi in primo: quia tota bonitas aut ma-  
litas attribuitur primo/ ideo hac ratione actus exterior non  
dicitur habere propriam malitiam distinctam ab interiori/  
quia necessario sequitur ad primum si non ponatur impedi-  
mentum. ergo cum primus actus libere elicit̄ sit p̄cipere/  
et ad illum in voluntate necessario sequat̄ elicere: tota boni-  
tas illius electionis est attribuenda actui qui est p̄cipere: et  
sic actus voluntatis essent solum boni vel mali denominatio-  
ne extrinseca: quod nullus doctorum concedit. Ideo dico q̄  
vltra consiliari quod est vnum premium ad actum pruden-  
tie non est ponendum aliquid preter iudicare siue preter iu-  
diciū practicum. Ut intellectus iudicat q̄ danda est elemo-  
sina/ non est opus amplius inquisitione vltra tale iudiciū/  
et non video quis alter actus esset ponendus pro actu pru-  
dentie immo ille actus iudicandi sufficit ad voluntatem vt  
recte eliciat: et si non habeat tale iudiciū non scienter eli-

cit. & sic tenent omnes doctores nam voluntas non est ancilla intellectus: sed eduerso intellectus est seruus ipsius voluntatis. ideo resolutorie dicendum est quod illud recte iudicare est proprius actus prudentie: & non est ponendum tale precipere distinctum ab ipso iudicio. [Argumentum fortissimum contra Tho. quod non sit ponendus actus ille qui vocatur precipere sed sufficiunt consiliare & iudicare: sed non bene capio quis est proprius actus consiliationis que vocatur Eubolia. Si dicas quod sit talis actus: volo inquirere de bonitate vel malitia actus: tunc Eubolia esset actus vel habitus voluntatis & non intellectus. Si dicas/ est tale iudicium inquirendum est de bonitate vel malitia actus: tunc est idem cum iudicare & hoc apparet.]

Additio.

De actuali prudentia an requiratur ad quolibet operationem studiosam. Cap. iij.

**A**onsequenter videndum est. utrum ad quolibet operationem virtutis necessario requiratur actus prudentialis puta aliquod iudicium quo iudicetur hoc esse faciendum vel non faciendum: prosequendum vel fugiendum. Et arguitur quod sic. duplici auctoritate Aristote. Dicit enim in secundo ethicorum diffiniens virtutem quod est habitus electivus in mediocritate consistens determinata ratione. ergo videtur ex hoc quod antequam actus aliquis sit virtuosus requiritur quod obiectum illius sit medium secundum determinationem rationis: & hoc nichil aliud est quam esse dictatum a recta ratione. ergo ad operationem virtutis necessario requiritur actus prudentialis. Insuper dicit Aristote. quod ad bene operandum tria requiruntur. primo quod talis operatio fiat ex electione. id est scienter: hoc est cum iudicio prudentiali. Occham in tertio questione. xij. pista questione ponit aliquas propositiones. Prima. Ad actum virtutis non sufficit conformitas ad prudentiam aptitudinalem) & capit semper prudentia pro actu (hoc est non sufficit quod actus sit aptus natus esse conformis actuali prudentie. patet/ quia opposito dato sequitur quod actus elicitus contra conscientiam erroneam esset actus virtutis consequens est falsum immo quilibet talis est vitiosus/ ergo & antecedens. patet consequentia. ille actus elicitus contra dictamen erroneum est aptus natus esse conformis dictamini recto. sed talis non est virtuosus. igitur ad actum virtutis non sufficit illa aptitudo ad actualem prudentiam. Dices quod sufficit illa aptitudo ad dictamen actuale rectum secluso errore opposito illi dictamini recto quod est aptum natum actum conformare. Contra/ non est eadem aptitudo quando est error & quando non est. & istud argumentum non est multum efficax quod diceret aliquis quod sufficit aptitudo secluso errore: ut quodcumque quis amat deum

Prima pp̄.

## De actuali prudentia.

Secunda ppō.

Quis non dicet actualiter esse amandū deū dum tñ nō dicet non esse amandum: esset difficile impugnare. Secunda ppositio. Non sufficit conformitas ad prudentiam habitualem patet / nullus habitus inclinatur ad actum alterius habitus nisi mediante actu proprio. ergo habitualis prudentia nunq̄ inclinatur aut nunq̄ dirigit actum alterius habitus: nisi mediante actu proprio sicut habitus principiorum: certum est enim q̄ nunq̄ inclinatur ad actum conclusionis nisi mediantibus actibus principiorum circa principia ita nunq̄ habitualis prudentia inclinatur ad actum affectionis nisi mediante actu suo. et istud argumentum est contra Gregorium q̄ non sufficit re-

Tertia ppō

latio habitualis in ultimum finem ad hoc q̄ actus sit bonus eodem modo q̄ non sufficit habitualis prudentia. Tertia ppositio. anteq̄ actus virtutis sit bonus requiritur in intellectu actualis prudentia. Unde nunq̄ actus voluntatis est bonus quin actu sit iudicium actuale in intellectu dictans hoc esse faciendum vel non faciendum / fugiendum vel psequendum. et ista ppositio satis patet ex auctoritatibus p̄ allegatis ex Aristo. in principio huius questionis. Diceret aliquis dicit q̄ anteq̄ actus voluntatis sit bonus requiritur dictamen prudentiale actuale in intellectu. Queritur tunc vtrum ad actum esse bonum requiratur tale iudicium certum vel sufficiat iudicium opinatum. Et apparet q̄ non sufficiat opinatum. quia bene sequitur / est iudicium opinatum. ergo est formido de opposito. Sed facere contra talem formidinem videtur malum: quia esset se exponere periculo peccandi. ergo nunq̄ actus elicited conformiter ad opinionem erit bonus. Unde videtur michi dicendum q̄ potest esse assensus opinatiuus qui nō est sufficiens ad bonitatem actus sibi conformis. patet / potest esse assensus ita opinatiuus q̄ plus est de formidine: vel ad minus tantum q̄ hoc sit faciendum et bonum certum est de assensu q̄ tale sit bonum / quo casu apparet q̄ talis actus non sit bonus: verū tamen si esset multum de assensu et parum de formidine sicut sūt alii (vt dicit Arist.) qui plus assentiunt suis opinionibus q̄ aliis suis conclusionibus credo q̄ tunc esset sufficiens ad regulandum operationem moraliter bonam in voluntate. [ Per illud bene soluit de primo actu fidei secundū Gregorium q̄ per talem actum potest regulari imperium voluntatis imperantis primū actum fidei. Sed contra sequitur q̄ aliquis actus opinatiuus esset de fide / q̄ essemus obligati ad talem actum opinatiuum et per cōsequens essemus obligati ad opinandum in fide / dico q̄ nō sequit̄ ad talē assensum teneor: ergo est de fide: p̄ instantia de hac ppositione habebō beatitudinem cui⁹ oppositum repugnat spei actui ad quē teneor. ] [Alia difficultas dictum est q̄ semper ad hoc q̄ actus sit bonus requiritur ali-

Additio.

quid requiratur ad actum bonum // = //

quis assensus in intellectu. ergo ex hoc infero / q̄ antea ha-  
 beatur aliquis actus bonus in voluntate necessario prece-  
 dunt aliqui actus in voluntate qui non sunt boni. patet con-  
 sequentia / implicat q̄ in intellectu sit aliquod iudicium quin  
 sit aliquis actus in voluntate preuius. vnde habitis notitijs  
 extremorum est adhuc liberum componere. Ideo dicit san-  
 ctus Thomas / q̄ quicquid assensus euidentis non sit bonus aut  
 malus: ipsa tamen consideratio preuia requisita est bona  
 vel mala. ergo non potest haberi iudicium quin sit aliquis  
 actus voluntatis preuius: sed non est possibile q̄ talis secun-  
 dum hanc opinionem sit bonus: quia si est preuius & prece-  
 dens omne iudicium non regulatur iudicio prudentia actus  
 li. ideo oportet de necessitate q̄ ante omnem actum bonum  
 precedat actus voluntatis non bonus et hoc conceditur. et  
 talis actus si sit indeliberatus / nec est bonus nec malus. Et  
 si teneatur / q̄ ad puram deliberationem sufficit simplex ap-  
 prehensio vt tenet Scotus: talis est indifferens. quia nō ha-  
 bet omnes circumstantias requisitas ad bonum actum. Cō-  
 tra: ex hoc modo dicendi sequitur q̄ rusticus raro bene age-  
 ret. Patet / quia raro format talia iudicia. Dico q̄ immo fre-  
 quenter iudicat. nam viso paupere iudicat q̄ est ei dāda ele-  
 mosyna. [Optima est hec difficultas & videtur q̄ obligemur  
 ad actum indifferentem: quia obligamur ad actum pruden-  
 tialem secundum Gregorium argumētum esset maioris pō-  
 deris nisi dicat q̄ simplex apprehensio sufficit ad bene agen-  
 dum.] ¶ **Alia difficultas.** dictum est q̄ sufficit cōformitas ad  
 iudicium practicum verum actuale ad hoc q̄ actus sit bo-  
 nus. ¶ **Tam queritur.** vtrum hoc sufficiat q̄ in intellectu sit  
 tale iudicium & q̄ in voluntate sit actus conformis illi iudi-  
 cio siue secundum q̄ illud iudicium dicat ita q̄ sufficiat assi-  
 stentia illius iudicij: vel requiratur q̄ tale iudicium sit par-  
 tiale obiectum illius actus concurrens ad illum actum par-  
 tialiter producendum. hoc iam determinatum est vbi ques-  
 tum fuit an ad actum bonum moraliter requiratur q̄ talis  
 actus habeat dictamen prudentiale p̄ obiecto. Dicit occhō  
 q̄ requiritur q̄ sit efficientia: immo dicit q̄ sit obiectum par-  
 tiale actus: ita q̄ sicut non sufficit facere ignoranter: sed re-  
 quiritur q̄ fiat ex ignorantia ad hoc q̄ actus excusetur pari-  
 formayt operatio sit bona non sufficit q̄ fiat scienter ab ope-  
 rante: sed requiritur q̄ scienter & ex scientia: ideo non sufficit  
 assistentia circumstantiarum. Scotus vero dicit q̄ sufficit assi-  
 stentia illius prudentie actualis q̄ credo probabilis.

Additio.

¶ De voluntate an possit fieri in oppo-  
 situm illius quod est dictatum a recta ra-  
 tione.

Cap. iiii.

## De potestate voluntatis.



#

hic summe opinio  
me bona sancti tome  
alia buridani

adam.

Additio.

Primum est quo modo est necessaria prudentia ac-  
tualis ad bene moraliter agendum. querit nunc  
vtrum ad verum dictamen prudentiale necessa-  
rio consequatur ipsum bene operari moraliter/  
hoc est vtrum possit esse vera prudentia in intel-  
lectu non posita in voluntate actu / 2 loquimur  
hic de prudentia actuali. Circa hoc sunt varie opinioes. Una  
est sancti Thome in prima secunde. q. lxxv. 2 Buridani in  
septimo ethicorum. querit ipse Buridanus. Utrum volūtas  
possit ferri in oppositum illius quod est dictatum per rectam  
rationem. ad quam questionem respondet per aliqua dicta.  
Primum. voluntas non potest ferri in obiectum vt voluntas  
nisi iudicet intellectus illud esse bonum secundum rationem  
vniuersalem boni vel secundum rationem particularem bo-  
nitatis / puta delectabilis vel vtilis vel honesti. hanc sententiā  
tenet adam in prima distinctione primi q ex simplici appre-  
hensione voluntas vt voluntas non potest ferri in obiectum  
2 quēcunq; actum habet ex simplici apprehensione talis est  
naturalis. [ hoc est contra communem doctrinam Scoti di-  
centis q ex simplici apprehensione intellectuali cōtingit pec-  
care mortaliter / patet stat habere tempus ad deliberandum  
2 non deliberare 2 ex tunc exire in actum quia malitia excu-  
sa: i non potest. ] ¶ Secundum dictum. quous sit iudicātū bo-  
num in se 2 non sit iudicatum bonum sibi / voluntas non ne-  
cessario fertur in illud. dat duo exempla. Primum. latro iudi-  
cat iusticiam bonam 2 iudicem bonum: sed quia non iudicat  
iusticiam fieri esse sibi bonum / ideo non amat iudicem neq;  
iusticiam. Aliud exemplum est de demone. ¶ Tertium dictū  
quous intellectus iudicet obiectum esse sibi bonum / sed iudi-  
cat precise esse sibi bonum secundum vnā rationem boni-  
tatis 2 non secundum omnem / vel solum iudicat sibi vtile vel  
delectabile non necessario. tunc voluntas fertur in illud ob-  
iectum. patet: quia tunc ad nichil deseruaret libertas volun-  
tatis / non potentia pure naturalis sicut sensus. nam si ad oē  
iudicium ostendens aliquid esse bonum alicui voluntas ne-  
cessitaretur ad illud ipsa non esset libera. ¶ Quartum dictū  
si obiectū iudicetur solum secundum rationem vniuersalem  
bonitatis: 2 non secundum aliquem rationem particularem:  
non necessario sequitur operatio in voluntate / seu voluntas  
non necessario fertur in illud vt ostenditur esse bonum / non ta-  
men ratione boni honesti / vtilis / vel delectabilis. Probat ip-  
se buridanus quia ratio particularis plus mouet q vniuer-  
salis: sed particularis ratio boni non necessitat voluntatem  
vt dicit dictum tertium / igitur a fortiori nec sola ratio vniuer-  
salis ipsius boni necessitat voluntatem vt feratur in illud.  
¶ Quintum dictum. quando intellectus iudicat obiectū esse

bonum secundum omnimodam rationem bonitatis etiam in speciali non certitudinaliter sed opinatiue / adhuc voluntas non necessario fertur in illud / sed potest discutere vt efficiat certus. hoc est si iudicat illud esse bonum secundum vniuersalem rationem bonitatis pariter et particularem / scilicet qd sit honestum vtile et delectabile. cum hoc tamen dubitat an ita sit non necessario fertur voluntas in obiectum sic sub dubio ostenditur. **U**ltimum dictum in quo iacet tota difficultas. Quandoque intellectus certitudinaliter et si sine dubio aliquo iudicat aliquod obiectum esse bonum secundum omnimodam rationem bonitatis tam in vniuersali quam in particulari et nullam inuenit rationem mali / sed iudicat illud esse simpliciter bonum et similiter secundum omnem rationem esse bonum et nullo modo malum tunc voluntas non potest non ferri in illud obiectum. et in isto satis concordat ipse buridanus cum sancto **Thoma**. et ista est propositio buridani qd si intellectus iudicat de tali obiecto certitudinaliter qd sit bonum secundum omnimodam rationem bonitatis tam in particulari quam in vniuersali et nullam reperit rationem malitie ad tale dictamen necessario sequitur bene operari in ipsa voluntate. et hoc expresse dicit sanctus **Thomas**. tamen aliqui volunt eum glosare: imo ipsemet. i. secunde. q. x. articulo secundo ait qd voluntas necessitatur ad specificationem actus non tamen ad exercitium actus / sic scilicet qd non necessario habet actum seu qd non necessario vult illud / sed potest non velle illud et suspendere actum suum circa illud. tamen non potest nolle illud. et ideo necessitatur ad non nolendum / et hoc est necessitari ad specificationem actus. Buridanus enim probat suum dictum / quia dicit qd vnusquisque experitur in se qd quando videt et iudicat aliquid esse sibi simpliciter et secundum omnem rationem bonum sibi et nullo modo esse malum nec sibi nec alteri: non potest non velle illud. Item vt in tertio probant / quando presentantur per intellectum voluntati duo bona voluntas non potest velle minus relicto maiori bono. igitur illud quod ostenditur ei simpliciter et maxime bonum et nullo modo malum necessitabit eam ad illud volendum. **I**tem voluntas necessario fertur in finem in particulari sibi ostensum: igitur ostensio melioris finis necessitat voluntatem ad omittendum minus bonum finem: et simpliciter et summe bonus finis necessitat simpliciter eam et hec est sententia buridani quam cepit etiam a sancto **thoma**. **S**ed **okam** impugnatur hanc opinionem. et primo notat qd quatuor modis capit prudentiam. **U**no modo per noticiam directiuam operationis siue tali noticia sit vniuersalis siue particularis siue acquisita per disciplinam siue per experientiam. **E**xemplum / hoc iudicium benefactori benefaciendum est / est prudentia / omnis iracundus est per dulcia verba mitigandus / istud iudicium potest

Maxima

non .A.

Quatuor  
modis capit  
prudentia.

## De potestate voluntatis.

haberi per experientiam. primum vero per doctrinam & experientiam. Alio modo capitur prudentia pro noticia particulari alicuius particularis operationis directiua sumpta ex vniuersali noticia seu propositione cum vna minore singulari. exemplum / vt istud iudicium huic benefactori benefaciendum est / est prudentia isto modo: quia ex isto vniuersali omni benefactori benefaciendum est cum ista particulari iste est benefactor potest inferri illa. Tertio modo capitur pro noticia particulari directiua alicuius operationis particularis siue habeatur per experientiam siue per disciplinam. vt ista. hic iracundus leuibus verbis est mitigandus potest haberi vtroque modo. Quarto modo capitur pro aggregato ex omnibus notitijs tam vniuersalibus quam particularibus directiuis operationum humanarum. i. pertinentibus ad vitam humanam. Tunc nititur probare contra sanctum Thomam / quod non sit vnica prudentia omnium humanarum operationum / quia cum prudentia vnius stat error alterius / vt cum prudentia castitatis stat error temperantie vel iusticie: igitur non est eadem prudentia vtriusque virtutem dirigens. His suppositis ponit aliquas propositiones. Prima pro impugnatione opinionis precedentis. Ad prudentiam primo modo dictam non necessario sequitur operari virtuose & conformiter ad illam. probatur primo: quia quodcumque est aliquis actus qui necessario necessitate naturali sequitur ad illum cui conformatur non est primo laudabilis / sed solum secundario propter laudationem actus primi: igitur actus voluntatis non erit primo laudabilis si necessario sequatur ad actum intellectus. Sed primo laudabilis esset actus intellectus & hoc est contra vltimum dictum Buridani. & eandem rationem sumebamus ad impugnandum sanctum Thomam de suo precipere deducto ab actu iudicandi. vnde si actus voluntatis qui conformatur dictamini prudentiali intellectus necessario sequitur ad illud dictamen / hoc est si ad illud iudicium quo iudicatur hoc esse bonum necessario sequatur electio in voluntate: talis electio non est primo laudabilis. i. laudabilitate propria sed hoc est falsum / immo alias exterior addebat bonitatem vel malitiam super interiore quod non est verum. Nam quodcumque sunt duo actus & ad primum necessario sequitur secundus / ille secundus non est immediate in potestate voluntatis neque immediate liber / sed libertate prioris: propterea actus exterior est omnino pure naturalis in se. similiter actus sensitui sunt pure naturales in se. quous sint liberi antecedenter / seu in sua causa. sed si ad istud dictamen necessario sequatur illa volitio: talis erit in se pure naturalis / quod est falsum quia oporteret precedere quod operationes intellectus sunt prius in potestate voluntatis quam operationes ipsius voluntatis. Ideo ad prudentiam primo modo actualem non necessaria

Prima ppō

Regula



no sequitur recta electio in voluntate. ideo satis impugna-  
 tur in vltimum dictum Buridani & thome. ¶ Secunda pro- Secda ppō.  
 positio. ad prudentiam aut secundo modo aut tertio modo  
 dictam non necessario sequitur operari, virtuose in volunta-  
 te. hoc est / ad noticiam singularem directiuam particularis  
 operationis siue habeatur per disciplinam siue per experien-  
 tiam non necessario sequitur electio voluntatis cōformis illi  
 prudentie. Probatur vt prius & in sola ista propositione con-  
 tradicit sancto Thome & non in prima / quia sanctus Tho-  
 mas dicit q̄ voluntas necessario se conformat dictamini pru-  
 dentali in particulari. & dicit q̄ non necessitatur ad cōformā-  
 dum se prudentie vniuersali / & ideo conuenit cum Occham  
 in prima propositione sed nō in scda in qua dicit / q̄ nullo mo-  
 do necessitatur a particulari. Et ad auctoritatē Aristō. omnis  
 malus ignorans. & formatur sic argumētum. non potest esse  
 malum in voluntate quin sit error in intellectu: igitur nec po-  
 test esse bonum in voluntate quin sit prudentia in intellectu.  
 igitur nullus potest se difformare prudentie: ergo si habeat  
 perfectam prudentiam erit perfecta electio. Nam dicit san-  
 ctus Thomas q̄ prudentia nō solum importat noticiam vni-  
 uersalem sed etiam particularē: ideo nō potest esse mala ele-  
 ctio quin sit error in particulari Ideo dicit / omnis malus igno-  
 rans. Ad istud argumentum. quādo pcederetur solū probat  
 q̄ non necessitatur ad specificationem actus non tamen ad  
 actum / hoc est solum probat q̄ stante prudentia necessitatur  
 voluntas ad non volendum p̄trarium vel ad non nolendū  
 cōtra illam / ideo non pbat quin posset se suspendere ab actu  
 conformi / ita q̄ remaneret libertas ad minus contradictionis  
 & nō pbat quin ad minus stāte prudētia posset peccare pctō  
 omissionis. imo dico q̄ etiā peccato transgressionis. Ideo ad  
 argumentū (dato q̄ non probet oīno intentū) r̄ndet negādo  
 s̄ns / immo stante prudentia siue prudētiali dictamine de ali-  
 quo obiecto / stat mala electio de eodem & auctoritatē expo-  
 nit Occhā in quarto / q̄ oīs malus ignorans saltem dispositi-  
 ue: quia oīs talis habet dispositionē quā si cōtinuet incidet in  
 multas ignorantias & errores / q̄ malitia hoīs excecatur intel-  
 lectum. non t̄n oportet q̄ semper sit excecatio seu error tunc.  
 Sed est difficultas supposito q̄ sit tale iudiciū in intellectu si-  
 cut ponit Buridanus in vltimo dicto an stet nolitio obiecti /  
 hoc est an volūtas possit hēre nolle oppositū. videt q̄ non / q̄  
 volūtas nō pōt ferri nisi i bonū. igit̄ cū hoc sit iudicatū bonū /  
 sequit̄ q̄ non pōt nolle illud. R̄ndent cōiter oēs antiqui q̄ nō  
 quia voluntas nō potest nolle aliquid nisi sub ratione mali /  
 hoc est / nō pōt nolle obiectū in quo nulla apparet ratio mali-  
 tie / nec velle obiectū i quo nulla apparet ratio bonitatis / e-  
 ista est communis opinio. tamen dicit Occham in fine tertij

## De tribus virtutibus moralibus

q̄ potest nolle isto stante. ⁊ quando dicitur q̄ nullus potest aliquid nolle nisi sub ratione mali/ ⁊ non potest aliquid velle nisi sub ratione boni/ exponitur intelligitur q̄ nihil potest velle nisi sub ratione volubilitatis/ ⁊ nihil potest nolle nisi sub ratione nolubilitatis/ ⁊ dicit q̄ ratio volubilitatis ⁊ nolubilitatis est ens: ideo potest illud nolle sub ratione entis: licet de facto nulla ratio mali appareat in illo. ⁊ hec dicta de prudentia ⁊ actu eius sufficient. [ Sed questio est bona an deus possit diligere a nobis secundum unam rationem ⁊ secundum aliam odire. Et hoc apparet verum/ sicut eiusdem obiecti habet scientia ⁊ opinio per diuersa media. ]

Additio.

De tribus virtutibus moralibus: iusticia: fortitudine: ⁊ temperantia: ⁊ de obiectis earundem. Capi. v.



**M**oralibus videndum est de virtutibus moralibus. et prima difficultas de virtutibus moralibus est ad obiectum est. Utrum scilicet inter virtutes morales sint aliquae que habeant precise passionem pro obiecto / aliquae operationem precise pro obiecto. Pro cuius declaratione notandum secundum Tho. q̄ virtus nichil aliud est q̄ habitus faciens vel inclinans hominem vt bene se habeat/ ⁊ aliquē bene se habere dupliciter intelligitur vno modo in ordine ad se. alio modo in ordine ad alterum: videlicet per operationes in ordine ad alterum: vt sunt venditiones emptiones: mutationes ⁊c. Sed in ordine ad se homo bene se habet quando appetitus eius subiugatur ⁊ subicitur rationi: ⁊ hoc non fit nisi per repressionem passionū. ideo dicitur iusticia per quam homo bene se habet in ordine ad alterum est circa operationem/ sed alie due virtutes scilicet fortitudo ⁊ temperantia per quas bene se habet homo ad seipsum sunt circa passiones. ideo dicit q̄ est vna virtus moralis: scilicet iusticia que habet precise operationem pro obiecto. alie due scilicet fortitudo ⁊ temperantia habent passiones pro obiecto hoc est pro materia: ⁊ hoc videtur satis p̄fecte dicti Arist. ⁊ philosophorum dicentium temperantiam circa delectationes gustus/ ⁊ tactus/ ⁊ fortitudinem circa timores ⁊ audacias que sunt passiones. huic sententie aduersatur Martinus vt apparet in prima questione de fortitudine in qua nititur probare q̄ fortitudo ⁊ temperantia sunt eque bene circa operationes sicut ipsa iusticia. Rationes multas adducit quarum precipua est/ velle agendi/ pro defensione reipublice ⁊ nichil aliud volendo est operatio spectans ad fortitudinem/ tale velle non habet timorem pro obiecto/ immo forte talis qui habet talem volitionem non cogitat de timore vel de audacia/ immo habet solum illud velle. tunc arguitur sic/ hoc velle est

actus fortitudinis ergo habitus ex illo genitus est ipsa forti-  
tudo / sed talis habitus habet idem pro obiecto quod habet  
actus: ergo verus habitus fortitudinis est eque circa opera-  
tionem sicut ipsa iusticia. Similiter velle comedere scōz q̄ re-  
cta ratio dicat esse comedendum / est actus temperantie. ta-  
le velle nec habet delectationem gustus neq̄ tristitiam pro  
obiecto: sed h̄z solū ip̄m comedere: q̄ h̄t<sup>o</sup> genit<sup>o</sup> ex ip̄o h̄bit p̄  
obiecto ip̄am operationem exteriorē z non ipsaz passionē.  
¶ Preterea si in aliquo nulla insurgat passio penitus non est  
difficultas quin possit elicere volitionē de aggrediendo vel  
expectando vel comedendo p̄formiter ad dictamen rectum:  
ergo in isto poterit generari vn̄a virtus temperantie vel for-  
titudinis non habente passionem pro obiecto. Ideo videt̄ mi-  
chi dicendum q̄ aliqua temperantia habet passionem p̄ ob-  
iecto / aliqua habet operationem z aliqua habet vtrūq̄: sc̄z  
tam passionem q̄ operationē. Similiter aliqua fortitudo ha-  
bet operationem dūtaxat pro obiecto / aliqua passionem ali-  
qua vtrūq̄. Primum patet de fortitudine in illo qui non re-  
flectit se ad timorē vel audaciā: sed solū vult aggredi aut ex-  
pectare. Secundū patet de illo qui reflectit se ad suas passio-  
nes: puta timorē vel audaciā / z vult reprimere sensualita-  
tem vel passionem naturalem. i. naturaliter causatam / talis  
volitio terminatur solum ad illam passionem. Sed si sit talis  
qui velit non obstante timore aggredi vel expectare non est  
difficultas quin talis volitio habet operationē / id est aggres-  
sum vel expectationem p̄ obiecto. Similiter habet passionē  
pro obiecto: ergo aliqua fortitudo habet vtrūq̄ pro obiecto  
saltem partiali. ¶ Quantum ad iusticiam apparet q̄ aliquā-  
do habere potest passionem pro obiecto. vt potest esse passio  
insurgens inclinās ad non reddendum alicui quod suum est /  
vt ē amor pecunie. volitio conformiter elicitā qua volo red-  
dere isti suam pecuniā non obstante tali passione habet pas-  
sionē p̄ obiecto / z ista volitio ē act<sup>o</sup> simpliciter z adequate p̄-  
tinentis ad iusticiam: ergo aliquis actus iusticie habet passio-  
nem pro obiecto saltem partiali / z per consequens non disti-  
guntur ab inuicem iusticia z alie due morales penes hoc q̄  
habeāt passionē p̄cise p̄ obiecto z ip̄a habeat p̄cise opationē.  
¶ Aduertēdū q̄ dicim<sup>o</sup> oēs virtutē esse circa difficile / sed nō vi-  
det̄ verum quia operationes circa quas versantur iusticia z  
temperantia: non sunt difficiles. Dico q̄ virtutem esse circa  
difficile dupliciter intelligitur. ¶ Uno modo circa difficile: id  
est circa obiectum circa quod difficile est inuenire medium.  
Unde iusticia est circa difficile secundo modo / quia non dif-  
ficile mercari / est tamen difficile inuenire medium rationis  
vendendo et emendo: sed difficultas in obiectis aliarum vir-  
tutum: scilicet fortitudinis et temperantie non consistit i hoc

Solutio istig argum-  
ti et / conueni-  
t. de operatione  
communi et non  
specia h̄t

Dupl<sup>r</sup> vir-  
tus est cir-  
ca difficile.

### De subiecto virtutū moralium.

quod sit difficile reperire medium etiam rationis: sed difficultas illarum est quia est difficile exercere tales operationes. si militer potest accidere quod timor mortis retrahat ab aggressu. Preterea dicit sanctus Thomas: quod iste passiones retrahunt in quantum passiones et non ratione obiecti: sed aliqua passiones circa materiam iusticie possunt retrahere ex parte obiecti. Socrates dicit quod non est comedendus iste cibus / non est difficultas abstinere ex parte operationis: sed difficultas est propter delectationem maiorem que reperitur in isto cibo et non in alio: quia communiter puenit difficultas ex parte passionis ne ponatur rectitudo in obiecto temperantie. hinc dicit sanctus Thomas. quod temperantia est circa passiones / et non est difficultas quin verum dicat: sed ut in pluribus non attendit difficultas in operibus iusticie ex parte passionis / sed difficultas ponendi rectitudinem est / quia difficile est reperire medium rationis. ideo talis virtus non est circa passiones tanquam circa illud quod retrahit ne ponatur rectitudo in obiecto ipsius iusticie: sed circa operationem ipsam. Et si hoc modo intelligat verum dicit. [Adhuc non videtur sufficere talis distinctio illarum virtutum / quia difficilior inuenitur medium rationis circa materiam temperantie regularis quam circa restitutionem alieni: sed bene ponitur illa particula ut in pluribus quia circa passiones due prime virtutes regulariter versantur. ut saltē ab eis capiunt difficultatē. secus est iusticia.] [Alia difficultas circa supradicta videtur quod in statu innocentie non fuissent virtutes. Patet nulla insurrexisset passio difficultans hominem circa materiam temperantie puta ad comedendum quod non erat comedendum. Similiter nullus fuisset timor aut audacia: quod nulla fuissent belli pericula neque timoris obiecta. Similiter pro tali statu nulla fuisset difficultas in inueniendo medium rationis propter timorem ad iusticiam: quia ita intellectus illuminatus fuisset quod passio retrahens a bono: sed fuissent alie passiones / puta delectationes in cibo et potu et in generatione / sed non nisi moderate secundum rationis iudicium. ideo negatur ista consequentia / pro tali statu nulla insurrexisset passio retrahens ab illo quod fuisset dictatum a recta ratione: ergo nulle fuissent virtutes morales: quia quod non fuissent tales passiones retrahentes hoc non puenisset ex natura hominis que nata est condelectari suo conuenienti et ipsa voluntas ut ei coniuncta naturaliter nata est condelectari. Nam ut ponatur opus virtutis non oportet quod actus sit delectatio vel passio retrahens: sed sufficit quod possit esse aliqua passio in operante nata retrahere ipsum ab operatione virtutis. ut ergo operatio sit virtuosa non oportet quod insurgat actu difficultas passionis retrahentis: sed sufficit quod sit circa obiectum circa quod quantum est ex na-

Additio.

An sint in statu  
incentie virtutes //

tura agentis possunt insurgere passiones retrahentes. et ideo si in illo statu non insurgent passiones non proueniebat ex hominis natura sed ex dono dei gratuito. [Sed contra si deus produceret creaturam qui taliter se haberet ad passiones sicut angelus posset tamen se exercere circa materiam temperantie vel fortitudinis tunc questio est quomodo saluare actus circa talia obiecta esse circa passiones postquam ex natura rei non sunt nate insurgere. et videtur quod oporteret tunc aliter distinguere tales virtutes. hoc modo etiam videtur quod saluare quod in statu innocentie fuit actus continentie gradus quod solet negari.]

Additio.

## De subiecto virtutum moralium.

## Capitulum sextum.



Vtrum est de obiecto virtutis moralis: et quod unius cuiusque virtutis moralis indifferenter obiectum potest esse operatio vel passio. Jam consequenter queritur de subiecto virtutum moralium. Utrum sint in ratione vel in appetitu sensitivo. Opinio sancti Thome prima secunde questione antiqua gesima sexta articulis quarto et sexto. consistit in duobus punctis. Primum. Alique virtutes sunt ponende in appetitu sensitivo. Secundum. Omnes virtutes morales que sunt ad seipsum que scilicet inclinant ad bonum sibi sunt in appetitu sensitivo. ut sunt fortitudo et temperantia et omnes que sunt ad deum et proximum ut iusticia sunt in voluntate. Dicit enim in illo sexto articulo preallegato quod virtutes que ordinant affectum hominis in deum vel in proximum sunt in voluntate sicut in subiecto ut charitas: iusticia et huiusmodi: sed ille que ordinant ad bonum proprium ipsius volentis sicut fortitudo et temperantia que sunt circa passiones sunt subiective in appetitu sensitivo. Patet primum dictum eius. Quando cum aliqua operatio procedit ab aliqua potentia secundum quod mouetur ab altera potentia: ut operatio illa sit perfecta: oportet ut utramque illarum potentiarum et mouentis et mote esse perfectam. Unde in quarto articulo preallegato querit sanctus Thomas si irascibilis et concupiscibilis possint esse subiectum virtutis. Respondet quod irascibilis et concupiscibilis dupliciter possunt considerari. Uno modo secundum se in quantum partes appetitus sensitivi: et hoc modo non competit eis quod sint subiectum virtutis: quia huiusmodi vires sunt communes nobis et brutis. Alio modo considerantur in quantum participant rationem: et per hoc quod sunt nate rationi obedire et sic possunt esse subiectum virtutis humane. quod enim irascibilis et concupiscibilis sint aliquae virtutes. Patet: actus enim qui progreditur ab una potentia secundum quod est ab alia mota non potest esse perfectus nisi utraque potentia sit bene disposita ad actum: sicut actus artificis non potest esse

Maxima

## De subiecto virtutum moralium.

se congruus nisi etiam artifex sit bene dispositus ad agendum & etiam ipsum instrumentum / alias non operaretur operationem perfectam / sed vt iste operationes pcedentes a potentia sensitua secundum q mouetur a potentia rationali / vt operationes fortitudinis & temperantie sint perfecte requiruntur q perficiatur & ratio & appetitus sensituius: sed in ordine ad istam operationem non perficitur appetitus sensituius nec ratio nisi per habitus virtuosos: ergo oportet necessitate ponere in potentia sensitua secundum q est a ratione mota habitus perficientes illam ad bene agendum: & non solum in ratione: & quia bona dispositio potentie mouentis mote attenditur secundum conformitatem ad potentiam mouentem: ideo virtus (dicit Thomas) que est in irascibili et concupiscibili nichil aliud est q̄ quedam habitualis conformitas istarum potentiarum ad rationem. ¶ Quantū ad secundū dictum eius dicit in articulo vltimo quando aliqua potentia est ex se / id est ex propria ratione potentie sufficiens ad actū non indiget habitu perficiente. sed quando ex se insufficientis: iam indiget habitu perficiente. Unde q̄tum ad bonum proprium voluntas nostra est ex sua natura sufficiens / quia quilibet appetit bonum proprium / ideo q̄tum ad virtutes que respiciunt bonum proprium non oportet illas ponere in voluntate s; in appetitu sensituo: sed appetitus sensituius non est ex se sufficiens ad bonum rationis. igitur. Nam si quod bonum immineat homini volendum quod excedat proportionem volentis siue q̄tum ad totā speciem humanā sicut bonū diuinū quod transcendit limites humane nature: siue q̄tum ad indiuiduum sicut bonum proximi ibi voluntas indiget virtute / et ideo huiusmodi virtutes q̄ ordinant affectū hominis in deū vel in primum sunt in voluntate vt dictum est. ¶ Unde voluntas non est ex ratione propria sufficiens ad bonum rationis circa deum vel primum / ideo oportet in illa ponere habitus perficientes illam in ordine ad bonum rationis proprie respicit deum & proximū / & sola iusticia est talis habitus. igitur: & sic sanctus Thomas iusticiam in voluntate: et ceteras duas ponit in appetitu sensituo. Contra hoc arguit. sequetur q̄ in potentia sensitua siue in organo corporeo esset ponenda virtus. patet consequentia. notū est q̄ ab ipsa virtute corporea / puta a potentia executiua pcedit operatio secundum q̄ mouetur ab ipsa ratione vt datio elemosyne / vt ambulatio ad ecclesiam: sed in ratione sancti Tho. assumebatur / quodocunq; aliqua operatio pcedit ab aliqua potentia secundum q̄ mouetur ab altera op; vtrāq; illarū eē pfectarū ad hoc q̄ opatio sit pfecta: ergo cū ista ambulatio vel datio elemosyne pcedat a potentia executiua secundum q̄ mota a rōne: necesse est vtrāq; esse pfectā vt opatio sit pfecta. Vel sic format ar

gumentū. s. Tho. Dicit Augustinus in libro de moribus ec-  
 clesie q̄ virtus non est in corpe sed in aīa eo q̄ aīa corpus re-  
 git. Unde q̄ aliq̄s corpe bñ vīat̄ totum refer̄ ad aīam/ sicut  
 si mihi auriga obtemperās equos quibus p̄est recte regit  
 hoc totū michi debet. s̄ sicut aīa regit corpus: ita etiam rō re-  
 git appetitum sensitivum: ergo totū rōnali parti debet q̄ ira-  
 scibilis z cōcupiscibilis recte regant̄/ sed virtus est qua recte  
 vivitur/ igitur: virtus non est i irascibili z cōcupiscibili: sed so-  
 lum in parte rationali. ¶ Ad hoc respondet ip̄e q̄ alia ratioe  
 regitur corpus ab aīa: z irascibilis z concupiscibilis a ratioe.  
 corpus enim ad nutum obedit anime absq̄ contradictione  
 in his in q̄b̄ natū est ab aīa moveri. Ideo philosophus primo  
 politicorum dicit q̄ anima regit corpus principatu despoti-  
 co: sicut dñs servum. ideo totus motus cor: poris refertur ad  
 aīam/ z p̄pter hoc in corpe non est virtus sed soluz in anima.  
 sed irascibilis z concupiscibilis non obediūt ad nutum ratio-  
 ni/ sed habent p̄prios motus suos quibus interdū rationi re-  
 pugnant. vnde in eodē libro philosophus dicit q̄ ratio regit ira-  
 scibile z concupiscibilem p̄ncipatu politico/ quo scilicet regū-  
 tur liberi qui habent in aliquibus p̄prium virtutem. z p̄pter  
 hoc etiam oportet in irascibiliz concupiscibili esse aliquas vir-  
 tutes quibus bene disponantur ad actum. hec Thom̄. Ideo  
 vbi vna potentia operatur secundū q̄ mota ab altera: et po-  
 test resistere potentie mouenti oportet ponere virtutem in  
 vtraq̄: sed quando omnino obedit/ z non potest resistere im-  
 perio superioris potētie mouentis non op̄z ponere virtutem  
 in vtraq̄/ sed solū in potentia mouēte z non in mota. Occh̄a  
 in tertio questione decima nititur hoc impugnare z ponit ali-  
 qua dicta. Primum in quo concordat cum Tho. est/ in sensu  
 est ponendus habitus. Secundum/ ille habitus non est pro-  
 prie virtus. Tertium/ in voluntate est ponendus habitus re-  
 spectu omnium respectu quorū est ponendus in sensu: et istud  
 tertium dictum/ z secundum sunt contra sanctū Thomam.  
 Quartum/ solus ille habitus est p̄prie virtus. ¶ Primum di-  
 ctum p̄batur. quando aliqua potētia sic se habet q̄ ante fre-  
 quentationem actuum difficulter exibat in illos/ et facile in  
 contrarios/ z post frequentationem facile exit: in tali est po-  
 nendus habitus determinans illam potentiam. sed ipse sen-  
 sus ante frequentationem actuum difficulter exibat in aliquos  
 actus z faciliter in cōtrarios/ z postea faciliter. Patet/ quan-  
 do aliquis est solum continens anteq̄ sit temperatus habet  
 actus voluntatis quibus respuit obiectum intemperantie z  
 actus cōcupiscentie/ z p̄ frequentationem actuum per impe-  
 rium volūtatis superatur illa concupiscentia i sensualitate z  
 producit tandem actus q̄ respuebat per imperiū volunta-  
 tis obiectum intemperantie. Tunc arguit sic/ post frequen-  
 m. iij.

phus //

hec opinio est ratio  
 naturalior et in hac  
 materia p̄ncipior

## De subiecto virtutū moralium.

tatidnem istorum actuum respuitiuoz quos habet cōtineri  
cum difficultate: postea facile erit potentia sensualis in illos  
actus: quia presentato obiecto intemperatīe respuet sensus  
sine magna contrapugnatione. ergo post frequentationem  
actuum facile erit sensus: et difficulter ante eribat. et ista ē to-  
ta et precipua ratio Occham ppter quaz ponit habitus i sen-  
sualitate. Alia rō/ caro concupiscit aduersus spirituum. i. cō-  
cupiscit aliquid quod rō respuit. ergo opz de necessitate pone-  
re habitum in sensu. et alterum in appetitu rationali respuiti-  
uo. Similiter econtrario stat voluntatē aliquid appetere: et  
sensem respuere illud: voluntas post illam respuitionē sen-  
sualē facile et ante difficulter eribat. ergo signum est q̄ i sen-  
su est habitus sicut in ip̄a voluntate. Diceret aliquis: in potē-  
tia pure naturali non ponit habitus sed sensus est potentia  
pure naturalis igitur. Dico q̄ sensus in se est potentia pure  
naturalis/ et libera per participationē sicut etiā intellectus di-  
citur potētia libera per participationē. sed intellectus in quā-  
tum intellectus est potentia pure naturalis. Unde in illa po-  
tentia pure naturali. i. que precise determinatur ad vñū actū  
siue ad vñā operationē nō ponit habitus: sed in alijs pure na-  
turalibus in se et libere p participationē que non determinā-  
tur precise ad vñā operationē potest poni habitus. et de facto  
ponitur vt intellectu et sensu. [ Non intelligo quō imagina-  
ris q̄ in intellectu non sit ponendus habitus in quōtū intelle-  
ctus quia alias nō esset aliquis habitus sciētificus vel opina-  
tius postq̄ est productiuus illorū in quōtū intellectus ex quo  
non requirit concursum voluntatis ad talū effectū produ-  
ctionē nec valet dicere q̄ requiritur cōcursum voluntatis an-  
tecedenter. vel saltem voluntas posset impedire ne pducatur  
effectus diuertendo a causa: sic esset dicendū q̄ oēs effectus  
intellectus essent participatiue liberi: et sic de actu appetitus  
sensitiui. et hoc apparet dicēdum. forte diceres/ respectu sciē-  
tie intellectus nō est determinatus ad vñū: q̄ potest in op-  
positum scz in opinionem: sed secus est de apprehensione sim-  
plici que nō habet cōtrarium: nec sufficit q̄ potest in opposi-  
tum priuatiue: q̄ alias lapis posset in oppositum descensus  
quicquid sit/ michi videtur q̄ satis est q̄ ille potentie possunt  
in oppositū priuatiue ex libertate alterius potentie cui sub-  
duntur naturaliter: secus est de lapide. ] [ Secundū dictum  
pbat̄ scz q̄ habitus positus in sensu non est pprie virtus.  
Patet sic/ actus sensituius nō est pprie virtus. ergo nec ha-  
bitus. Patet consequentia/ habitus non dicitur virtus nisi p-  
pter actum ad quē inclinatur/ immo tota ratio quare habitus  
dicitur virtus est: quia inclinatur ad actum. antecedens patet.  
actus sensituius nō est proprie liber: sed secundum q̄ impera-  
tur a voluntate: ergo non est proprie actus virtutis: quia de

Aditio.



De conexione virtutum moralium Fo. xci.

ratione actus virtutis est q̄ sit libere elicitus: & ip̄o magis libere tanto magis accedit ad virtutem. Preterea actus sensitivus manens idem successive potest esse bonus & malus secundum q̄ a diversis volitionibus imperatur: & semper est idem actus imperatus in sensu quemadmodum est idem actus eundi ad ecclesiam a quacunque volitione imperetur. Item est invariatus. ergo non est secundum se bonus: quibus ergo in sensu sit ponendus habitus: ille tamen non est proprie virtus propter habitum voluntatis: & ista ratio sufficienter probat q̄ non est proprie habitus virtuosus in sensu. Tertium dictum probatur sic. respectu omnium respectu quorum ponitur habitus in sensu voluntas est indeterminata q̄ scilicet potest velle illa vel nolle: quia respectu omnium obiectorum sensitivorum est indeterminata ad volendum illa vel nolendum: potest enim in istum actum & in contrarium. Tunc arguitur sic. omnis potentia indeterminata ad aliquos actus ex frequenti elicitioe acquirit habitum determinate inclinantem illam ad illos. sed voluntas respectu omnium respectu quorum ponitur habitus in sensu est indeterminata quantum ad exercitium et specificationem actus: ergo causabitur in voluntate habitus inclinans illam ad alterum illorum obiectorum. et non video magnam apparentiam in oppositum. vt presentato obiecto fortitudinis vult aggredi: potest nolle aggredi. ergo voluntas est indeterminata ad alterum istorum: & ex frequenti volitione aggrediendi causatur habitus determinans ipsam ad aggressum. & ista est tota quare ponitur habitus in potentia: quia est indeterminata & per frequentationem actuum determinatur. Quartum dictum probatur: q̄ solus habitus voluntatis est proprie virtus. Patet: solus actus est proprie virtuosus qui est immediate liber: ergo solus ille habitus est proprie virtus. fatetur ergo Occham cum sancto Tho. q̄ in sensu est ponendus habitus: & est magna apparentia ad hoc q̄ talis habitus in sensu non habeat habitum sibi respondentem in voluntate: falsum est: & q̄ talis habitus in sensu existens sit proprie virtus: etiam hoc est falsum contra. s. Tho. [Placet optime sententia Occham: sed videtur q̄ superaddendum est scz q̄ sit ponendus habitus in potentia executiva sicut in potentia sensitiva: qz experimur ex actu citharisandi generatur habilitas in digitis: quare ergo non ponetur habitus in illis.]

Additio.

De connexionione virtutum moralium. Cap. vii.

**A**sum est de subiecto virtutum moralium & allegata est opinio. s. Tho. q̄ consistebat in duobus. Primum q̄ aliquae virtutes morales sunt in sensualitate id est in potentia sensitiva. scz q̄ virtutes morales q̄ sunt in sensualitate non habent virtutem moralem rationem

m. iij.

## De connexionione virtutum moralium.

in voluntate: et que sunt involuntate non habent morale respō-  
dētē in parte sensitua: et determinat q̄ virtutes ad se. i. que  
respiciunt bonum sibi habēti vt fortitudo et temperantia sūt  
in parte sensitua: sed virtutes ad alterum vt iusticia sunt in  
appetitu rationali. ¶ Consequenter videndum est de con-  
nexionione virtutū. vtrum necessario sese ꝓcomitantur. hoc est  
si vna ponatur de necessitate cetera ponātur. ¶ Q̄stū ad hāc  
questionē potest esse triplex difficultas: vt ꝓmunitur dicunt  
docto. Primo de virtutibus theologicis/ an sint necessario ꝓne-  
re. Secundo de moralibus an omnes virtutes morales sint  
adinuicem ꝓnere. Tertio/ an ille virtutes morales necessa-  
rio ꝓnectantur cū prudentia: et prudentia necessario ꝓnecta-  
tur cum eis. q̄stū ad tertiū/ dictum est prius quādo quere-  
batur: vtrū ad bene agendum moraliter necessario requira-  
tur dicta mē prudentiale. et ꝓpterea nichil ad ꝓsens. ¶ Istū etiā  
ad primū de theologicis: an necessario connectātur. Scotus di-  
cit duo. Primū q̄ necessario ꝓnectuntur quo ad infusionem.  
nam de lege non potest infundi vna sine aliis. Secundū/ de  
lege non necessario ꝓnectuntur q̄stū ad ꝓseruationē. Ra-  
tio Scoti ꝓ primo dicto eius est. Quē deus sanat perfecte sa-  
nat. sed virtutibus theologicis sanat anima. ergo non infundit  
vnā sine reliquis. Quātū ad secūdum: ille qui peccat morta-  
liter perdit charitatē: et non perdit fidē. ergo potest vna ꝓser-  
uari sine aliis. Venio nunc ad scōz/ an morales sint adinuicē  
cōnere/ vt puta an posset esse vera prudentia sine iusticia: for-  
titudine: et temperantia: et ecōtrario vera fortitudo: sine pru-  
dentia et ceteris. Quātū ad hoc est multiplex modus dicēdi.  
s. Thom. in ꝓma. ij. q. lxxv. dicit q̄ sunt necessario adinuicem  
ꝓnere. et dicit q̄ virtus capitur dupliciter. Uno modo ꝓ omni  
inclinatiuo ad aliquā operationem virtutis siue talis incli-  
natio sit in nobis a natura siue ex assuetudine. et hoc modo  
accipiendo virtutes morales non sunt ꝓnere. Et etiam isto  
modo virtutes quas Aristo. vocat ꝓgenitas sunt virtutes:  
tales non sunt ꝓnere. Videmus em̄ aliquē inclinatum ad tē-  
perate viuendum: qui est inclinatus ad aliud vitium puta fu-  
turum. Similiter videmus aliquē ex naturali cōplexione: vlt  
ex aliqua ꝓsuetudine esse ꝓmptū ad opera liberalitatis qui  
tamē non est ꝓmptus ad opera castitatis. ¶ Alio modo ca-  
pitur virtus moralis ꝓ inclinatiuo ad perfecte bene agen-  
dum ex assuetudine acquisito. perfecta autem virtus mora-  
lis (ait) est habitus inclinans ad bonum opus bene agendū  
et sic accipiendo virtutes morales dicendum est eas esse con-  
nexas vnde. s. Tho. capit duas rationes ad hoc ꝓbandum.  
Prima/ quādo cūq̄ est aliq̄d vnum tertiū qd̄ cōnectitur cū  
aliquibus aliis: tunc quilibet illoꝝ quibus ꝓnectitur: etiam  
cum illo tertio connectitur: et illa alia necessario ꝓnectuntur

Duo dicta. Scoti.

Virtus capi-  
tur dupliciter

De connexionione virtutum moralium. Fo. xciiij.

adinuicē: sed sic est q̄ morales virtutes p̄nectunt̄ cū prudētia  
z prudēti cū qualibet morali: ergo virtutes morales p̄nectun-  
tur adinuicem / q̄ autem virtutes p̄nectantur cum prudentia  
notum est. quia nō possunt esse sine prudentia: z prudētia cō-  
nectitur cum qualibet morali. patet per philosophum in sex-  
to ethicorū: dicit q̄ non potest esse prudentia quin sint ceterae  
virtutes: ergo ille virtutes p̄nectūtur cum aliquo / z illud ali-  
quid p̄nectitur cum qualibet ipsarū virtutum moralium: z hec  
est potissima ratio. s. Tho. ad hoc suadendum. ¶ Corra hoc  
sunt magne apparentie ad oppositum: z primū fundamentū  
qd̄ assumit videtur falsum. videlicet q̄ sit vna prudentia que  
sit directiua omnium virtutum moralium: quia sunt plures z di-  
uerse prudentie que dirigunt virtutes morales / vna forti-  
tudinem: altera iusticiam: altera temperātiā. igitur nō da-  
bis vnā prudentiam que p̄nectitur cū illis. alias satis p̄ba-  
tum est scdm̄ Occhā q̄ stat errare circa materiam vni⁹ vir-  
tutis z recte agere circa materiā alterius. Sed sic est q̄ ha-  
bitus inclinans ad bene dictandum circa materiam iusticie  
non stat cum habitu inclināte ad male dictandū circa idem  
z tamē stat cum habitu ad male dictandū circa materiā tem-  
perantie. igitur ille habitus qui inclināt ad bene dictandum  
circa temperātiā differt ab illo z specie. nam sunt obiecta  
specie differētia: ergo et habitus acquisiti. ideo falsum est q̄  
sit vna prudētia directiua omnium virtutum moralium nisi ca-  
piatur prudentia collectiue. ¶ Cōtū ad scdm̄ quibus esset vna  
prudentia adhuc nō necessario p̄necteretur cum virtutibus  
naturalibus. patet: stat plene iudicare intellectum: z tamē  
volūtas non necessario se cōformet illi pleno dictamini: imo  
potest se difformare. z stat hoc frequenter iterare. ergo stat  
habitu prudentialem generari z nullum habitū moralē ge-  
nerari. ideo ratio sua non est apparens quādo dicit: quando  
cumq̄ aliqua p̄nectūtur cum aliquo tertio zc. quia assumit  
vnum multū dubium. ¶ Argumentum apparens p̄tra hanc  
opinionem qd̄ cōmuniter fit. Aliquis potest frequenter elice-  
re actum tēperantie quibus ei nunq̄ occurrat materia fortitu-  
dinis bellice exercende / puta religioso in clauistro degenti.  
ergo in ipso potest generari habitus temperātie non genito  
habitu fortitudinis. patet / potest se exercitare circa materi-  
am tēperantie / z retinere passiones inclinātes ad intēperā-  
tiā: generabitur habitus: z talis est perfecte virtus / quod  
patet. talis habitus inclināt perfecte ad temperate viuendū  
delectabilē / immobilē / z scientē: ergo sequit̄ q̄ talis habitus  
est perfecte virtus. ¶ Respondet cōmuniter / q̄ non facili-  
ter inclināt ad temperate viuendū in omni euentu. ideo non est p̄fe-  
cte virtus. patet: antecedens: qz si tali p̄sentaret̄ mors nisi  
cōsentiāt intemperantie puta libidini: ratione talis habitus

### De connexione virtutum moralium.

non operabitur faciliter immo tunc difficulter temperate agere  
quod sibi est tunc difficile refrenare passiones circa obiectum  
mortis puta timorem. modo ad habitum esse virtutem requiritur  
quod inclinet ad faciliter agendum in omni euentu: et non  
sufficit quod inclinet ad faciliter agendum nunc. sed si haberet  
fortitudinem in tali casu delectabiliter et faciliter operaretur: et  
exiret in actus temperantie. ideo ille habitus temperantie  
si haberet fortitudinem annexam esset perfecte virtus. unde  
apud hanc opinionem non propterea virtutes morales dicuntur  
connerere quod requiratur certa intensio habitus que non potest  
haberi sine aliis virtutibus: ita quod minor intensio non dicitur  
virtus: quod talis intensio etiam si ponatur requiri summa  
potest haberi per frequentissimam operationem et exercitationem  
circa materiam vnius virtutis sine aliis virtutibus. hoc est  
ut habitus temperantie sit virtus non necessario requiritur certa  
intensio que non potest haberi sine habitu fortitudinis vel  
iusticie: immo potest acquiri tanta intensio in habitu temperantie  
sine habitu fortitudinis sicut cum habitu fortitudinis. ut  
fortes in habitu temperantie potest puenire ad summum illius  
habitus: et tamen propter hoc talis habitus non diceretur virtus  
sed dicuntur connerere quia adesse virtutis requiritur quod talis habitus  
in omni euentu faciat faciliter operari: et non stat quod habitus  
temperantie in omni euentu faciat faciliter operari: nisi  
sibi connectatur habitus fortitudinis et iusticie: ergo non stat quod  
talis habitus sit virtus nisi connectatur cum altero habitu.

Quare virtutes dicuntur connerere.

¶ Contra hanc solutionem sequitur quod nullus habitus esset virtus nisi esset etiam in gradu heroico: et nisi haberet quicumque habitum cuiuscumque virtutis in gradu heroico secum. patet: nullus est habitus faciens faciliter operari in omni euentu nisi sit in gradu heroico: ergo. patet antecedens: quicumque habitus qui non est in gradu heroico si eueniat casus excedens communem hominum facultatem non faciet faciliter operari: quod si sic iam esset in gradu heroico: ergo apud illam opinionem: si adesse virtutis requiritur quod supradictum est sequitur illatum: videlicet quod nullus habitus est virtus nisi sit in gradu heroico: et habeat secum habitus aliarum virtutum etiam in gradu heroico constitutos. et nulla videtur apparentia hoc concedere saltem de temperantia. Dico quod isti capiunt differenter gradum heroicum a nobis. Unde dicunt quod gradus heroicus non est inclinare ad actum qui superat communem hominum facultatem sed est ita se exercere circa passiones vel aliquam materiam quod nulle possunt omnino insurgere passiones vel saltem notabiliter ad oppositum trahentes. hoc est: gradus heroicus secundum eos est gradus refrenatiuus passionum supra communem hominum facultatem. Unde primo non excedit communem hominum facultatem quando insurgunt

De connexionione virtutum moralium. Fo. xciiij.  
 passiones dissentire & illis contradicere: quod pertinet ad  
 gradum temperantie. nec secundo excedit communem fa-  
 cultatem hominum quando non insurgunt vehemēter. hoc  
 est ita se exercitare circa aliquā virtutem q̄ nō insurgāt pas-  
 siones intellectum perturbantes vel quasi turbantes / sed  
 ita se exercitare circa passiones q̄ nulle insurgant omnino /  
 vel si insurgant: ita parum aut nichil hoc excedit cōmunem  
 facultatem hominum secundum eos: ideo dicitur gradus he-  
 roicus. Et resolute gradus heroicus non est insurgenti-  
 bus passionibus quas vincere excedit comunem hominum  
 facultatem illas excedere: licet hoc sit heroice agere & excel-  
 lenter. sed est habitus cohibens omnes passiones / ita q̄ nul-  
 le insurgant vel saltem q̄ non notabiliter insurgant. & sic nō  
 sequitur q̄ omnis virtus sit heroica. ¶ Unde pro maiori de-  
 claratione: si presentetur alicui mors nisi consentiat in libidi-  
 nem si insurgant passiones ad consentiendum non habet ha-  
 bitum qui vocatur heroicus / quia illud nolle cōsentire actu-  
 ale sit heroice operari. sed talis habitus non esset heroicus  
 quia nō refrenat passionem insurgentem notabiliter. Unde  
 vt habitus dicatur virtus non requiritur q̄ in omni euentu  
 faciat q̄ nulla insurgat passio: sed q̄ in omni euentu non insur-  
 gat passio quā non sit multum difficile superare: sed quod sit  
 facile. ¶ Contra / ergo ad minus temperantia et fortitudo  
 non sunt connexe cum iusticia. licet bene fortitudo & tempe-  
 rantia illo modo sint connexe. sequela probatur: quia illis  
 habitis non est dabilis casus in quo habitus iam habiti sine  
 iusticia non inclinent ad faciliter operari circa materiam tē-  
 perantie & fortitudinis sine iusticia: & quin faciliter in quo-  
 cunq; casu operetur. Dicunt ipsi communiter q̄ datur talis  
 casus: scilicet quādo virgini offeruntur maxima munera vt  
 cōsentiat libidini / similiter quādo forti offerentur grādia mu-  
 nera ne subeat pericula belli: tūc sine iusticia esset istis valde  
 difficile operari. sed p̄fecto si talis virgo sit tēperata: & alter  
 sit fortis facile erit eis non acceptare illa munera vt notum  
 est. Scotus in tertio. xxxvj. distinctione hanc virtutum con-  
 nexionem improbare nititur: sed rationes eius nō sunt mul-  
 tum valide cōtra istum sensum quē dat sanctus Thomas.

ex hoc inferre  
 q̄ omni euentu  
 nō insurgat //  
 passio. vt habitus  
 sit virtus // = //

De quinque gradibus virtutis secundum  
 Occham. Cap. viij.

**A**onsequenter videndum est de gradibus virtu-  
 tis quos ponit Occham in tertio questione. xij.  
 primus gradus est quando voluntas acce-  
 prat obiectum alicuius virtutis exempli gra-  
 tia in virtute temperantie: vel refugit obiectum

## De v. gradibus vir. s<sup>m</sup> occham.

intemperantie p<sup>o</sup>formiter ad rectam rationē / quia honestum est / non referendo in finem supernaturalem / sed solum quia honestū est / non referendo in alium finē nisi quia honestum est. Dicitur notanter conformiter ad rectam rationem / quia isto primo modo non requirit reflexio dictaminis puta q<sup>o</sup> sit conformiter ad rectam rationē / quia dictatum a ratione: sed sufficiat habere hoc dictamen / hoc est faciendum vel respuēdum / et non requiritur quia dictatū a recta ratione. ¶ **Secū-**  
**ndus** gradus virtutis vt puta tēperantie est actus quo accēptatur tale obiectum conformiter ad rectam rationē / q<sup>o</sup> cum hoc habere vnum nolle quo nolo ab illo desistere p<sup>o</sup> quacūq<sup>o</sup> re q<sup>o</sup> ratio recta dictabit non esse desistendū / et in isto secundo gradu non est alia relatio preterq<sup>o</sup> honestū sicut in primo gradu. nam in istis duobus primis gradibus operationes non habent prudentiā pro obiecto. ¶ **Tertius** gradus addit super precedentes p<sup>o</sup>cise quia dictatum a recta ratione. vnde secundus gradus superaddit primo nolle desistere: et tertius addit super primū et scdm acceptatum obiectum: quia dictatum per dictam rationē: ita q<sup>o</sup> habet p<sup>o</sup> obiecto partiali quia dictatum a recta ratione. ¶ **Quartus** gradus includit istos tres / et vltra addit p<sup>o</sup>pter deum summe dilectum. et iste gradus est perfecte virtutis immo apud eum nullus p<sup>o</sup>cedētium graduum est dicendus virtus saltem intrinsece: sed si alij dicant virtutes hoc est solum denominatione extrinseca propter assistentiam istius gradus. Quilibet istoz quattuor graduum reperitur in gradu tēperantie continentie / et in gradu heroico. et sic isto modo non distinguunt: vt distinguit. Arist. Sed de distinctione graduum virtutis secūdum eum postea videbitur. ¶ **Quintus** gradus est qui includit omnes istos: et superaddit q<sup>o</sup> sit actus imperatiuus formaliter executionis operationis que excedit communem hominum facultatem ex natura rei vel ex circumstantia: et iste gradus est quem communiter doct. vocant heroicum. Recapitulādo istos gradus primus non includit obiectū quia dictatum / secundus addit propositū non desistendi. tertius addit: quia dictatum a recta ratione. quartus addit: propter deum finem et vltimate dilectum. quintus addit: q<sup>o</sup> talis volitio sit formaliter imperatiua operis que ex natura vel ex circumstantia excedat communem hominū facultatem. ¶ Istis suppositis ponit Occham aliquas p<sup>o</sup>positiones quarū aliquę sunt note et aliquę dubie. **Prima.** Omnes virtutes morales connectuntur in quibusdā principijs vnīuersalibus. patet / vt in isto omne dictatum per rectam rationem est faciendum / omne honestum est faciendum omne inhonestum fugiendum / ille sunt maiores vnīuersales siue principia omnibus virtutibus communia in quibus connectuntur ipse virtutes: et ex quibus deducuntur particu-

Epilogus.

Prima p<sup>o</sup>pō

lares que sunt prudentie virtutū. igitur prima ppositio certa & nota. ¶ Secunda ppositio. Virtutes non sunt adinuicē in quibuscunq; gradibus connere. patet / alicui potest occurrere & frequenter materia vnius virtutis quā materia alterius nunq; ei occurrat / & talis poterit se exercere in tali materia non exercitando se in altera materia q̄ nunq; sibi occurrat & frequenter / quo facto per frequens exercitium circa illā materiā generabitur habitus & non circa alteram / sicut materia fortitudinis pprie dicte religioso quem stat temperatisimum esse. igitur nulle virtutes sunt adinuicem connere in quibuscunq; gradibus. ideo cum vna virtute in primo vel secundo gradu stat vitium oppositum alteri virtuti. Unde ista tria simul stant. hoc est aggrediēdum / volo aggredi : & volo hoc comedere quod tamen est phibitū comedere. ideo stat vitium intemperatīe cum gradu fortitudinis & dictamine recto illius. ¶ Sequitur tertia ppositio & quarta in quibus iacet tota difficultas. Virtus tertio modo dicte non stat cū vitio opposito cuiuscunq; alteri virtuti : & dictamine recto respectu illius alterius virtutis. & loquor de virtute actuali. hoc est actus virtutis tēperantie tertio modo dicte non stat cū vitio opposito iusticie stante simul recto dictamine circa eandem materiam iusticie. Similiter talis actus p̄dictus nō stat cum vitio opposito fortitudinis / & dictamine recto circa fortitudinis materiā. Probat. bñ sequitur. iste habet actū tēperantie tertio modo dicte / igitur acceptat obiectum tēperantie conformiter ad dictamen rationis & quia dictatum a ratione. & ultra acceptat quia dictatum a ratione. igitur vult omne dictatū per rectam rationē. & ultra / vult omne dictatum a ratione / & dicit perfecte & recte de iusticia : igitur recte vult circa iusticiam / & per consequens cum tali actu tertio modo dicto non stat vitium circa virtutem aliam cuius habet rectum dictamen. Et dicitur notanter rectum dictamen : quia si haberet ignorantiam vel errorem circa aliam virtutem non oportet nec sequitur q̄ habeat actum bonum circa illam virtutem. & ultra tunc non repugnat q̄ habeat vitium circa eam. ¶ Mihi videbatur q̄ illa consequentia non valebat. vult hoc quia dictatum a recta ratione : igitur vult omne dictatum a recta ratione. Jam primo si intelligeretur in antecedente / q̄ hoc est dictatū a ratione / tunc certa est malitia consequētie / sed ipse capit ibi vt sit terminus communis. & tūc dicit q̄ sicut nō stat q̄ fortes sit homo in q̄stum risibilis quin omnis homo sit risibilis : similiter non stat q̄ velim fortem in quantum est homo quin velim omnem hominem & q̄ velim omnem hominē & sciam istum esse hominem quin velim illum. & q̄ velim aliquid propter deum quin velim deum vel eodem actu vel diverso. ita dicit hic q̄ non stat velle hoc q̄ dictatum a recta ra-

Secda ppō.

Tertia ppō

Sententia doctoris

De v. gradibus vir. fm occham.

Quarta p  
positio.

tione seu propter dictamen quin velim omne dictatum a  
ratione. quia illa sic exponit volo hoc / et volo omne dictatum a  
ratione et causa quare volo hoc / est quia volo omne dictatum  
a ratione. sed mihi videtur hoc non requiri ad actum esse bo-  
num et per consequens non debet assignari talis actus vel co-  
ditio per gradum virtutis. ¶ Quarta propositio. cum actu virtu-  
tis quarto modo capte non stat. quodcumque peccatum. Proba-  
tur quia si staret peccatum: vel esset ex ignorantia / passione / vel  
ex malitia. sed nullum istorum potest dici. igitur. non primum quod  
vel talis ignorantia esset inuincibilis / et sic non peccat. vel vin-  
cibilis: et sic non diligit deum super omnia / quia si diligeret de-  
um summe: necessario vinceret illam. nec ex malitia / aut pas-  
sione / quia si peccet scienter iam aliquid proponit deo. ergo non  
diligit deum super omnia. igitur non habet illum quartum gra-  
dum virtutis. ¶ Contra tertiam propositionem (quia alie due  
sunt certe) arguitur sic ex suis principis / pono quod habeat ista  
dictamina duo / nunc est a me temperate agendum quia dicta-  
tum a ratione (nihil habendo aliud quia in tertia acceptio-  
ne non requiritur relatio in finem ultimum) et nunc est a me  
hoc opus iusticie exercendum quia recta ratio dictat / tunc no-  
tum est quod secundum eum non necessario voluntas se illis confor-  
mat: sed potest se conformare et non conformare / et illis contra-  
uenire et peccare / quia nullum dictamen necessitat voluntas-  
tem ad eliciendum secundum quod dictat. tunc arguitur sic. quan-  
do se conformabit primo dictamini / non necessario se confor-  
mabit secundo. ergo cum actu virtutis tertio modo poterit pec-  
care circa materiam alterius virtutis cuius habet rectum  
dictamen saltem omisiue. Probatur hoc quia datur oppo-  
situm / puta quod necessario sequitur conformitas ad secundum  
dictamen stante conformitate primi / tunc talis actus confor-  
mis secundo dictamini non habebit propriam bonitatem quia  
necessario sequitur ad alterum / nam per eum / actus qui neces-  
sario sequitur ad alterum precedentem non habet propriam  
bonitatem. ergo si ad se conformandum primo dictamini ne-  
cessario sequatur conformitas ad secundum dictamen / nichil  
bonitatis habebit super bonitatem actus primi. ¶ Itaque argui-  
tur sic / si ad actum conformem primo dictamini necessario se-  
quitur actus conformis secundo dictamini. iam talis actus secun-  
dus causaretur a primo. igitur eadem ratione actus secundus  
erit causa actus primi. nam quodcumque sunt due cause re-  
spectu alicuius effectus que non necessario producant illum  
effectum / et superueniente tertio / necessario producitur ille  
effectus: tale tertium est causa illius effectus. tunc sic / sortes  
eliciens illa duo dictamina non potest se conformare primo  
et difformare secundo simul et semel quousque possit simul se diffor-  
mare utriusque. ergo si simul et semel conformare ambobus: equa



si ratione cuilibet / cum quilibet est causa alterius / et quilibet  
 necessario sequitur ad alterum. ergo actus erunt sibi mutuo cau-  
 se in eodem genere cause efficientis / quod est impossibile. Quam-  
 tum ad hoc argumentum respondet Occham: quia habet ap-  
 parentiam, per dicto suo / concedendo quod necessario sequitur actus  
 secundus ad primum / et quod unus est causa alterius: et negatur quod eadem  
 ratione secundus debeat dici causa primi: et ratio est / quia ne-  
 cesse est licet simul eliciatur quod unus prius natura alio producat.  
 et ille prior natura alio nullo modo sequitur ad posteriorem.  
 et per consequens non potest dici causari ab eo: sed bene e-  
 converso ille posterior natura causatur a priore. ¶ Sed istum ad  
 quartam propositionem non videtur vera saltem de peccato  
 ignorantie quin possit stare cum veritate illius. Nam illa dile-  
 ctio dei super omnia non necessitat me ad faciendum quic-  
 quid in me est de aliqua veritate inquirenda. Igitur stante  
 illa dilectione dei super omnia potest advenire tempus in quo  
 teneor dicere horas / tunc illa dilectio non necessitat me ad  
 inquirendum an per tunc teneor vel non / et sic stabit quod hoc vin-  
 cibiliter ignoratur: ergo talis actus stat cum inquirendi negligē-  
 tia: ergo stat cum peccato facto ex ignorantia. Sed ne oblivio-  
 ni tradas pono exempla illorum quinque graduum. Exemplum  
 primi / ut volitio qua volo temperate vivere propter hone-  
 statem conformiter ad rectam rationem hoc michi dictantem  
 est primus gradus. Exemplum secundi / volitio qua volo tempe-  
 rate vivere propter honestatem seu quia honestum est confor-  
 miter ad rectam rationem et nolo desistere ab ista volitione quod-  
 cumque recta ratio dicat non esse desistendum non obstante quo-  
 cumque impedimento: est secundus gradus / ita quod supra primum  
 solum ponit propositum non desistendi. Exemplum tertium / ut voli-  
 tio qua volo temperate vivere quia honestum est et quia ita di-  
 ctatum est a ratione / et nolo desistere ab huiusmodi actus  
 continuatione quodcumque recta ratio dicabit est tertius gradus /  
 qui precise addit super reliquos dictamen reflexum seu ponit  
 dictamen rectum per partiali obiecto. Exemplum quarti / ut vo-  
 litio qua volo temperate vivere quia honestum est et quia ita dicta-  
 tum est a recta ratione et nolo desistere ab huiusmodi actu quod-  
 cumque recta ratio dicabit non esse desistendum quocumque impe-  
 dimento non obstante / et propter deum summe dilectum et fina-  
 liter in eum referendo: est quartus gradus. Exemplum quin-  
 ti / ut volitio qua volo efficaciter et formaliter executive refre-  
 nare omnes passiones contra rationem insurgentes tempera-  
 te vel volitio qua volo imperatiue caste vivere non obstan-  
 te morte quia honestum est / et quia dictatum est recta ratione et pro-  
 pter deum summe dilectum et nolo desistere ab hoc actu quodcumque re-  
 cta ratio dicabit non esse desistendum non obstante quocum-  
 que impedimento est quintus gradus.

De connexionione virtutum

An virtutes morales sint connere q̄tum ad habitus. Cap. ix.


Prima ppō



Consequenter prosequendum est de habitus secundū hanc opinionem. Utrum habituales virtutes sint connere. Prima ppositio. Nulla virtus pure moralis necessario requirit alterā pure moralem/ hoc est nulla necessario cōnectitur alteri morali. patet: quacūq; virtute morali signata stat aliquem frequenter se exercitare circa materiā illius virtutis non occurrente materia alterius virtutis/ vel si occurrat ad minus ignorat inuincibiliter: ergo quecūq; virtus moralis potest in aliquo generari non genita altera morari. Unde aduertendum est q̄ cuz dicitur q̄ nulla virtus moralis necessario connectitur alteri/ non includitur in hoc dicto prudentia que dicitur moralis obiectiue inquantū est circa materiam virtutis moralis/ stat habere virtutem moralem habituaalem non habita prudentia / quia deus potest suspendere actiuitatem actualis prudentie non suspensa actiuitate actus affectiui essentialiter virtuosi / quo facto generabitur in affectu habitus non genito habitu prudētie in intellectu: sed non stat actum moralem affectiuum non habito actu prudentiali. Unde dicit Occham q̄ non necessario cōnectitur habitus habitui ipsius actus actui. ¶ Secunda ppositio. nulla virtus moralis necessario cōnectitur virtuti theologice. patet sic. quacūq; virtute morali q̄tuncūq; intensa acquisita stat hominem peccare mortaliter: quia ille nō reddunt hominem impeccabilem. quo facto corrumpetur charitas ⁊ remanebunt morales. q̄ corrumpatur charitas: notum est. ⁊ q̄ remaneant alie patet: sicut nec acquiruntur per vnicum actum sic nec deperduntur per vnum actum: igitur etiam possunt remanere non manēte fide: quia cum habitu virtutis stat peccare pctō infidelitatis ⁊ etiam desperationis ergo nulle morales cōnectuntur necessario cuiusq; virtuti theologice saltem infuse. ¶ Difficultas est an cōnectatur necessario theologice acquisite loquendo p̄cis de virtute quarti gradus. Bene sequitur: iste habet actum quo acceptat obiectū pp̄ deū ergo diligit deū sup oia: imo magis amat deū quia propter vnū quodq; tale ⁊ illud magis: ergo sicut ex actu quo acceptat obiectum vel refugit: generatur virtus moralis: ex illa dilectione dei etiam generabitur virtus theologica. ergo quecūq; virtus quarti gradus necessario cōnectitur virtuti theologice saltem acquisite. Ideo concedo q̄ generabitur simul virtus moralis ⁊ theologica: ⁊ pcedo secundum Occham q̄ non stat q̄ pducatur virtus quarti gradus quin pducatur etiam virtus theologica vt se extendit tam ad theologicam infusam q̄ acquisite.

¶ Tertia ppositio

Scda ppō.



Tertia p<sup>o</sup>

Nulla virtus theologica necessario connectitur virtuti pure morali. patet: quocumq; homine q̄stucunq; viciofo dato et in habitu 2 in actu stat talem conteri/ quo facto in ipso pducētur theologice virtutes/ tunc arguit sic. Iste talis habet theologicas 7 non habet morales/ quia per vnicum actum contritionis non generant omnes morales: ergo virtutes theologice nullis puris moralibus necessario connectunt. ¶ Quarta p<sup>o</sup>positio. nulle virtutes theologice necessario connectunt adinuicem simpliciter/ aliqua tamen illarum necessario alteri connectit p statu vie. prima pars patet. primo/ charitas non necessario connectit aliis duabus nec alteri earuz/ quia ipsa manet in patria/ et nulla illaruz manet. igit prima pars vera. Insuper nec fides nec spes connectunt charitati necessario. patet: quelibet ipsarum manet cum mortali 2 non manet charitas cum illo. Similiter nec fides necessario connectitur spei. Nam cōtingit aliquem esse infidelem qui non desperet: ergo fides 2 spes non necessario connectunt. Similit contingit aliquem desperare absq; infidelitate q̄uis regulariter peccet desperans peccato infidelitatis/ 2 sic nulla theologica necessario cōnectit alteri theologice: igit prima pars quarta p<sup>o</sup>positionis vera. Secunda pars patet: puta q̄ p statu vie aliqua necessario cōnectit alteri: scz charitas fidei / qz sine fide impossibile est placere deo. Similiter necessario cōnectitur spei: ergo aliqua theologica p aliquo statu de lege posita necessario cōnectit alteri. Ex supra habitis patet qualiter virtutes connectunt 2 q̄tuz ad actus 2 q̄tū ad habitus.

quarta p<sup>o</sup>positio.

¶ De tribus gradibus virtutum positus ab Aristotele: scz cōtinentia/ tēperantia/ 2 gradu heroico.  
Capitulum decimum.



Am restat videre de gradibus virtutum quos ponit Aristoteles 2 prima difficultas occurrens est ista. Utrum in vnaquaq; virtute morali: scilicet temperantia/ fortitudine 2 iusticia reperiant isti tres gradus/ continentie/ temperantie/ 2 heroicus/ 2 vtrum illi tres gradus differant specie. q̄tum ad primū videt q̄ nō reperitur in vnaquaq; virtute morali: qz non assignant illi gradus nisi ppter passiones/ sed sunt aliquę virtutes que nō sūt circa passiones vt iusticia: igit. Item pbatur q̄ non distingūt specie in virtutibus in quibus inveniuntur. 2 est argumentuz commune 2 multum apparens/ nā capio sortem continētem circa materiā temperantie virtutis/ tunc certum est q̄ sortes p frequentationem actuū cōtinētie tandem faciet q̄ non amplius erit insult<sup>9</sup> vehemens/ 2 successiue diminuet. cum p̄mū talis insult<sup>9</sup> nō est ampl<sup>9</sup> vehemēs: ille est temperat<sup>9</sup> et ipse nondum habet habitum nisi illum quē acquisiuit per act<sup>9</sup> cō-

n. i.

**De. ist. gradibus vir. poss. ab art.**

De tribus  
gradib<sup>9</sup> vir-  
tutum.

Continentia  
capit<sup>9</sup> tripl<sup>r</sup>.

continentie: et primus actus temperantie est primus actus que  
habet: ergo iste idem habitus in numero qui prius erat con-  
tinentia gradus iam efficit temperantia gradus: et sic continen-  
tia et temperantia solum differunt secundum magis et mi-  
nus. ¶ Pro solutione huius questionis primo declarandi sunt  
isti tres termini / scilicet continentia gradus / temperantia gra-  
dus / et gradus heroicus. postea videndum erit de distinc-  
tione specifica habituum importatorum per illos terminos. Un-  
de continentia secundum Tho. secunda secunde questione  
centesimaquingagesimaquinta: et Buridanum in septimo ethi-  
corum capit<sup>9</sup> triplici. Uno modo pro omnimoda abstinentia  
a delectationibus venereis / et tunc idem est que virginitas. Se-  
cundo modo ut tantum valet sicut temperantia. et de istis dua-  
bus acceptionibus non est hic ad propositum: sed solum de ter-  
tia que talis est / continentia ut importat gradum in vnaqua-  
que virtute est habitus inclinans ad agendum conformiter secun-  
dum rectam rationem non obstantibus vehementibus passio-  
nibus ab illo bono rationis retrahentibus. Occam in tertio in ul-  
tima questione dicit que continentia tria connotat. primum que in  
intellectu sit iudicium practicum de aliquo operabili vel fugibili  
li / puta hoc est faciendum vel fugiendum. Secundum / que in ap-  
petitu sensitivo sit vehemens passio retrahens ipsam virtutem  
contra dictamen recte rationis incitans ipsum hominem ad fu-  
giendum aliquid / et si illud sit fugiendum que in appetitu sensitivo  
sit passio incitans ad illud persequendum. Tertium que in volun-  
tate sit electio dictamini recto conformis / hoc est que voluntas  
eligat illud operari non obstantibus passionibus retrahenti-  
bus. Exemplum / sit sortes in quo insurgit valde vehemens  
motus illecebre: habet hoc iudicium non est a me mulier co-  
gnoscenda et in appetitu sensitivo est passio incitans illum mul-  
tum ad agendum contra istud dictamen / non obstante tali pas-  
sione habet actum quo nult cognoscere mulierem. talis est  
actus continentie gradus / et habitus quem signat est habitus  
continentie gradus / notum est que in sorte per replicationem a-  
ctuum conformium non obstantibus vehementibus passio-  
nibus generatur habitus vel dispositio que est eiusdem spe-  
ciei specialissime cum tali habitu / talis est continentia gradus.  
Tho. dicit que talis gradus participat cum virtute et non dicitur  
completa virtus. et sic patet quid sit continentia gradus que  
tunc ad actum et tunc ad habitum. ¶ Consequenter viden-  
dum est quid sit temperantia gradus. Unde continentia et tem-  
perantia aliquando capiuntur ut sonant specialem virtutem.  
aliquando ut sonant gradum virtutis et non specialem virtu-  
tem. et de istis loquimur in proposito. Unde omnis continentia gra-  
dus vel temperantia gradus est virtus / sed non omnis con-  
tinentia gradus est temperantia ut est specialis virtus / quia

i. fortitudine et iusticia reperit continentia et temperantia gra-  
 dus et tamen fortitudo et iusticia non sunt temperantia. Item  
 temperantia gradus ut dicit Occam capit<sup>9</sup> dupliciter. Uno  
 modo pro habitu firmante animum in bono rationis non insur-  
 gentibus vehementibus passionibus in contrarium. notus est  
 quod postquam fortes se exercuit per multos actus in materia tem-  
 perantie / continue debilitat passio. postquam ex ista frequentissi-  
 me pervenit ad tantam intensione habitus quod non amplius  
 insurgit passio vel saltem debilis est / talis habitus impediens  
 vehementem insultum est eiusdem speciei specialissime cum  
 habitu continentie / immo solum illi duo habitus differunt se-  
 cundum magis et minus. Nam prius talis habitus propter eius  
 remissionem non impediens vehementes passiones etc. Aliquid ca-  
 pit<sup>9</sup> temperantia gradus per habitum inclinatum ad agendum / non solum con-  
 formis ad rectam rationem / non insurgentibus vehementibus passionibus  
 sed etiam ad fugiendum occasiones ipsarum passionum / scilicet  
 licet ad fugiendum presentiam obiecti nati causare passiones.  
 similiter ad fugiendum tactus natos causare passiones. et isto mo-  
 do temperantia gradus differt specie a continentia gradu: quia  
 habet unum obiectum parziale quod non habet continentia  
 gradus: scilicet fugam occasionum ipsarum passionum vel concu-  
 piscentie. Unde continentia gradus est habitus connotans insultum  
 vehementem passionum inclinans ad oppositum ut dictum  
 est: sed temperantia gradus est habitus inclinans secundum di-  
 ctam rectam rationem / non insurgentibus vehementibus passionibus.  
 ¶ Difficultas: est utrum temperantia gradus et continen-  
 tia gradus differant specie. Aliqui dicunt quod non est conti-  
 nentia gradus nisi habeat vehementes passiones pro ob-  
 iecto: ut nolo fornicari non obstantibus vehementibus pas-  
 sionibus. similiter volo aggredi non obstante timore vehemen-  
 ti retrahente ab aggressu vel incitante ad fugam. habitus ge-  
 nitus ex tali actu est habitus continentie gradus. et dicunt quod tem-  
 perantia gradus fertur in passionem sub ratione parvi / ut no-  
 lo hanc cognoscere / non obstante parva passione incitante  
 fertur in passionem sub ratione parvi. et tunc differunt specie. sed  
 hec difficultas potius est ad nomen. si vero aliquis dicat (ut  
 multi dicunt) quod de ratione continentie est quod insurgant ma-  
 gne passiones siue habeat illas pro obiecto siue non / et de ra-  
 tione temperantie quod non insurgant magne passiones: tunc il-  
 li habitus non differunt specie ponendo illi habitus in volun-  
 tate / quia quicquid est obiectum unius est obiectum alteri  
 secundum eandem rationem. ergo non differunt specie.  
 ¶ Alii difficultas quam tractat Buridanus. utrum in illo  
 qui elicit actum secundum gradum continentie sit in appet-  
 tu sensitivo actus conformis actui voluntatis virtuosum. Simi-  
 liter an sit in voluntate actus conformis illi concupiscentie

Temperantia  
 gradus capit<sup>9</sup>  
 dupliciter.

De. iij. gradibus vir. poss. ab ari.

que est in appetitu sensitivo. Unde quando fortes habet vehementem passionem: puta mouetur ad cognoscendum mulierem: vtrum ex illa concupiscentia causetur in appetitu rationali aliqua passio que trahat voluntatem ad consentiendum appetitui sensitivo. nō obstante ista concupiscentia voluntas habet nolle quo nult hoc obiectum / an ex ista nolitione causetur in appetitu sensitivo fuga obiecti / hoc est vtruz appetitus sensitivus habeat duos actus / vnum fugitiuum causatum ab imperio voluntatis quo fugit obiectum sub rōne turpis / 2 alterum quo psequitur illud obiectum sub alia ratiōe / puta quia vult delectari in illo. ¶ Quantū ad hanc difficultatem contrariatur Buridanus 2 Occham. Unde Buridanus questione quinta septimi ethicorum dicit q̄ incontinentie est duplex tractus tam in sensu q̄ in volūtate / vnus ad psequendum causatus ex apprehensiōe obiecti sub rōne delectabilis / alter ad fugam causatus ex apprehensione obiecti sub rōne turpis. 2 ideo dicit non esse incōueniens concupiscentiā trahi ad fugā 2 psequi obiectū scdm diuersas rōnes obiecti vel apprehensiones. Similit̄ in voluntate est psecutio 2 iuga. et apparētia est / quia nisi sic dicatur / videtur q̄ nunq̄ aliq̄s posset pertingere de gradu continentie ad gradum temperantie. patet: bene sequit̄ in isto continente nullus est actus fugitiuus: ergo in appetitu sensitivo non causat̄ habitus q̄ resistat insultationi passionum. vnde passio in appetitu sensitivo causat̄ pure naturaliter sicut calor ab igne non ex obiecto / sicut dicit Scotus in secundo / sed ex apprehensiōe obiecti. Nā si non ponat̄ obstaculuz posita apprehensione obiecti causat̄ naturaliter passio in appetitu sensitivo / tunc bene sequitur i hoc appetitu non est aliquis actus fugitiuus obiecti: ergo nō causatur habitus inclinans ad refugiendū / qui habitus si esset resisteret pductioni passionum. 2 vltra non causat̄ habitus 2c. ergo q̄tuncunq̄ continuē actum vel replicem causatur equalis passio. patet consequentia: erit eadē causa naturalis 2 eque fortis: quia nichil causatum est in appetitu sensitivo: ergo ex ista causa pure naturali causabit̄ equalit̄ effectus. Si dicas q̄ volūtatis resistit. Contra prius non poterat facere q̄ non insurgeret passio: ergo si nichil sit derelictuz in appetitu sensitivo qd̄ resistat / voluntas nō poterit facere q̄ apprehenso obiecto non causat̄ passio. 2 sic modus Buridani est q̄ in continente est duplex passio in sensu / vna qua prosequit̄ obiectum sub rōne conuenientis / altera causata ex imperio voluntatis qua fert̄ in obiectum sub ratiōe turpis. eodem modo in voluntate est duplex actus. vnus causat̄ naturalit̄ ppter conuersionem ad sensum. alter causat̄ libere quo iudicat de tali obiecto sub rōne turpis. ¶ Aliter dicit Occham q̄ in continente non generat̄ habitus in sensu conformis ha-

De. iij. gradibus vir. poss. ab ari. Fo. xcix.

huius genito in voluntate. ratio eius est actus sensus est psecutiuius: ergo non est actus refugitiuus. Ideo in continente in sensu est vnica concupiscentia inclinans ad contrarium recte rationis / et est vnicus actus in voluntate conformis. et dicitur continentia ppter assistentiam passionis que est in sensu / et est magna apparentia qd omnis actus refugitiuus distincte secundum eandem potentiam contrariet actui distincto psecutiuo. vnde non possum odire et amare distincte idem obiectum. Similiter non est possibile qd in sensu appetam aliquid et refugiam illud. Ideo apparet contra Buridanum qd sit precise vnus tractus / et ad rationem Buridani cum inferunt: ergo in appetitu sensitivo non causatur habitus resistens pductioni passionis que nunc est / immo potius causatur habitus inclinans ad passionem istam qd resistens passioni: ergo per replicationem actuum continentie et presentem obiectum equaliter insultabit tanta passio sicut prius / immo forte maior et per consequens nunquam pertinget ad gradum temperantie. Dico qd verum est qd in parte sensitiva nullo modo causatur habitus qui resistat / quod non potest causari sine actu illius appetitus sensitivi / et cum inferunt: ergo insurget postea tanta passio presentato obiecto illo eodem sub eadem ratione sicut prius insurgebat. Dico qd consequentia non valet / et licet voluntas non possit facere quin insurgat passio inclinans ad vitium stante apprehensione obiecti tamen voluntas potest facere qd obiectum non sit presens: quo facto non continuatur passio / sed precedente obiecto non potest / et est illud quod dicit Augustinus. Impossibile est quin visis tangamur. Secundo voluntas potest facere qd non insurgat tanta passio insurgeret si voluntas nullo modo niteretur ad oppositum. patet per experientiam / et vltra post istum actum quo voluntas nititur in oppositum derelinquitur habitus in voluntate / tunc si secundo presentem obiectum magis renititur qd prius / quia habet maius adiutorium qd prius. nam prius renitebat secundum solum cognatum ipsius voluntatis: et nunc habet habitum vel dispositionem eiusdem speciei cum habitu adiuvantem ad renitendum. ergo voluntas cum tali adiutorio facit qd non tanta insurgat passio. et ex tali actu intenditur habitus / et sic tertio voluntas magis nititur / et sic consequenter per replicationem potest fieri qd tandem voluntas poterit facere mediante tali habitu qd nullo modo vel saltem debilius insurgat passio / et tamen primo quando presentabat obiectum non poterat hoc facere. Secundo dico qd non solum habitus partis sensitivae resistit in oppositum / sed etiam habitus partis intellectivae ppter connectionem appetitus sensitivi ad voluntatem: si eliciatur actus pformem appetitus sensitivi elicio intensior illa concupiscentia sensitiva iuvat voluntatem. Similiter pono conjunctionem habitus in oppositum concupiscentie existentis in voluntate resistit pductioni passionis in sensu.

De comparatione graduum temperantie et continencie in bono.

De comparatione graduum temperantie et continencie in bonitate. Cap. vi.



Verit consequenter. Utrum gradus continencie sit melior quam gradus temperantie. et hanc questionem tractat. s. Thom. secunda secunde. q. clv. et Buridanus. q. v. septimi ethicoz: et apparet quod sic: quia qui habet gradum continencie plus meretur: ergo est melior gradu temperantie. consequentia est nota. antecedens patet: qui habet gradum continencie agonizat cum certamine. i. cum resistentia: quia est passio sensualis rationi resistens: sed temperatus non agonizat siue non operatur cum certamine / quia iam sunt se date passiones: sed operari cum certamine virtuosius est quam operari sine difficultate quia virtus et ars sunt circa difficultas. Unde quantum ad hoc melius est esse temperatum in habitu quam esse continentem in habitu / et oportet concedere quod melior est habitus in gradu temperantie quam consimilis habitus in gradu continencie. patet sic. habitus intensior et ex pluribus actibus bonis genitus semper est melior quando uterque habitus est circa eandem materiam: sed circa eandem materiam acceptis duobus habitibus continencie et temperantie / ille qui est temperantie est intensior et pluribus actibus virtutis genitus: ergo ceteris alijs paribus est melior illo qui est in gradu continencie. Sed est difficultas. utrum ille qui operatur ex gradu continencie ceteris alijs paribus plus per tale operationem mereatur et magis virtuosius agat quam ille qui operatur secundum gradum temperantie. hoc est / an operatio actualis ab habitu continencie gradus procedens sit melior illa procedente ab habitu temperantie gradus. Dicit Buridanus quod non. et ratio eius precipua est. omnis operatio quecumque dicitur virtuosa in quantum consistit circa bonum rationis et nunquam est operatio virtuosa nisi sit erga aliquid quod constituitur per rectam rationem tanquam bonum. sed maius bonum rationis est in temperato quam in continente: ergo ille qui temperate agit virtuosius agit quam qui continenter agit. Consequentia est certa cum maiore: et patet minor. Intemperato subdit pars sensitiva rationi tanquam edomita a ratione: sed in continente recalcitrat pars sensitiva rationi: et ratio resistit: sed maius bonum rationis consistit in hoc quod est partem sensitivam subdit rationi quam solum in hoc quod est resistere ipsi parti recalcitranti: ergo temperate agens secundum gradum temperantie virtuosius agit quam continenter agens. et ecce precipua ratio illius. et cum arguitur qui continenter agit: agit cum agone et certamine / dicunt quod certamen quod pervenit ex debilitate complexionis vel maiori occasione habita de concupiscentia habenda vel debilitate rationis vel de parte sensitiva non auget meritum: sed difficultas perveniens ex bono gratie ut ex temptatione auget meritum: sed



## De comparatione graduum.

So. e.

hoc non satisfacit argumento: et capio sortem qui scit et iudicat quod non librice agendum est: non obstante tali iudicio alligitur sortes ad opus illecebre ut librice agat. et insurgunt passionibus et motus sensuales ex presentia obiecti librici inclinantes ad librice agendum: tunc difficile est nolle tale obiectum nichilominus nolle librice agere ex tanto conatu quantum plato qui non patitur illum motum sensualitatis ex equali conatu: iam sortes agit secundum gradum continentie et plato secundum gradum temperantie: questio est uter istorum magis mereatur. nam dicere quod talis concupiscentia diminuat de merito: est absurdum: quia est contra voluntatem ipsius sortis quod insurgit: et non est in eius potestate: et tamen si propter presentiam illius concupiscentie minus mereretur illa diminueret de merito. Dicit Alastodorense quod ille qui habet habitum vitiosum qui post talem habitum exercet operationes vitiosas operationi ex qua genitus est talis habitus ex equali conatu cum alio qui non habet habitum vitiosum plus meretur: quia magis difficulter agit. ergo cum propter talem difficultatem perveniens ex habitu vitioso genito ex culpa sua magis mereatur: a fortiori sequitur ubi sortes agit contra illum motum sensualitatis ceteris aliis paribus quod magis meretur quam plato qui non patitur tales insultus sensuales. Ideo concedo quod qui agit continentem ubi cetera sunt paria virtuosius et magis merito agit. Sed diceret aliquis contra: sequeretur quod per aliquid quod nullo modo esset in mea potestate: immo contra voluntatem meam augeretur meritum: et hoc est eque magnam inconveniens sicut quod per illud diminuat meritum. Patet consequentiam non insurgit in me concupiscentia: quia non est obiectum libricum presentem conformiter ad rationem rectam elicio nolle intemperate agere: post illam elicitionem efficitur obiectum presentem causans concupiscentiam: ille actus qui continuatur efficitur magis virtuosus quam prius secundum hanc solutionem: quia continuatur cum maiori difficultate: et hoc solum propter istam concupiscentiam que non est in mea potestate. ergo per aliquid quod est contra meam voluntatem et non in potestate mea actus efficitur magis meritorius quam prius. Ad argumentum concedo quod non efficitur magis meritorius propter illam concupiscentiam: sed efficitur magis meritorius propterea: quia libere continuo non obstante tali concupiscentia siue passione difficultate unde non est inconveniens quod actus qui nunc est malus penitus invariatus: postea efficiatur peior propter circumstantiam que non est in potestate habentis: sed efficitur peior propter hoc: quia non obstante tali circumstantia libere continuatur. ideo etiam ratione libere continuationis cum maiori difficultate perveniens quam prius actus est magis meritorius. et sic patet de gradibus temperantie et continentie.

n. iij.

## De gradu heroico.

De gradu heroico.

Cap. vii.

**Q**onsequenter videndum est quid sit gradus heroicus. & differenter loquuntur antiqui doctores de gradu heroico & moderni. Antiqui ut Tho. vocant gradum heroicū quando ratione virtutis sunt ita sedate passiones quae supra communem hominum facultatem non insurgunt puta propter assuefactionem in operibus virtutis: vel quando parū insurgunt. nam est supra communem hominum facultatem quae non insurgat vel quasi non insurgant passiones. Sed Occham. xv. tertius dicit quod gradus heroicus in vnaquaque virtute est habitus inclinans ad operationem que excedit communem hominum facultatem: vel ex natura obiecti vel ex aliqua circumstantia: hoc est quā communis hominum facultas nolet ita operari. Exemplū primum: ut velle sustinere mortē pro defensione reipublice. ex natura obiecti. i. mortis hoc excedit communem hominum facultatem. Exemplum secundum. ut velle seruare castitatem non obstante morte que probabiliter existimatur futura. ut fortes proponit seruare castitatem. proponitur ei mors nisi deserat castitatem: si continuat volitionem seruandi castitatem non obstante tali circumstantia: heroice agit ratione circumstantie superadiuncte vel superuenientis ad obiectum sue volitionis: & non heroice agit ex natura obiecti. Pro isto notandum quod imaginatur triplicem actum in isto qui vult seruare castitatem non obstante morte sibi proposita nisi deserat castitatem. vnus est quo fertur in castitatem solum tanquam in obiectum. alius quo fertur in mortem solum. alius quo fertur in vtrūque tam in mortem quam in castitatem. Primus actus non est heroicus: sed duo ultimi sunt heroici: quia feruntur in sufferentia mortis tanquam in obiectum. sed primus non est heroicus essentialiter. i. ex natura obiecti. sed dicitur heroicus extrinsece: scilicet ratione talis circumstantie: quia excedit communem hominum facultatem. ideo ille idem actus inuariatus quia cum maiori difficultate continetur efficitur virtuosior. Ultra diceret aliquis. fortes habet actum volo seruare castitatem non obstante morte: si ita quod proponatur ei mors nisi deserat castitatem: si continet in ipso necessario causabitur volitio ferende mortis. & ista volitio necessario sequitur ad preambulas volitiones: scilicet ad volitionem qua vult seruare castitatem non obstante morte &c. ergo de se non habet bonitatem vel malitiam. dicit Occham quod non: sed preambula efficitur melior: quia difficilior: & iste volitiones que consequuntur naturaliter ad illam non addunt bonitatem vel malitiam. & sic patet de gradibus virtutum.

Quid gradus heroicus?

De distinctione virtutum moralium  
a donis.

Cap. xiiij.

**U**sum est de virtutibus moralibus in genere: et de distinctione ipsarum tam ex parte obiecti quam subiecti et de p[ro]ximitate earum et de gradibus. Consequenter videndum est de distinctione ipsarum a donis. Unde ab esaya cap. xl. enumerantur septem dona spiritus sancti: scilicet donum intellectus / scientie / sapientie / et consilii / quae quattuor pertinent ad intellectum. sed donum pietatis / timoris et fortitudinis spectant ad affectum. Queritur ergo utrum sit mutua distinctio inter quascumque virtutes tam morales quam theologicas et ista septem dona. Pro solutione in primis notandum quod duplex est modus dicendi. Primus. s. Tho. prima. ii. q. lxxviii. quod virtutes et dona ad invicem distinguuntur non solum ratione sed re ipsa. Alii vero dicunt quod tamen distinguuntur ratione. et scilicet eos dicuntur virtutes in quantum habilitat potentiam ad faciliter propter et delectabiliter exeundum in actum: sed dicuntur dona in ordine ad causam. Tho. vero dicit quod non solum ratione: sed realiter distinguuntur. et modum distinctionis assignat isto modo. notum est homo a duobus moveri ad bene agendum. scilicet a ratione et ab ipso deo. a ratione tamquam a motivo intrinseco: et a deo tamquam a motivo extrinseco: et antequam moveatur a deo oportet illum esse dispositum. quia actus actiuorum sunt in patiente disposito. tunc dicit. s. Tho. quod illa dispositio disponens hominem in quantum est mobilis per rationem dicitur virtus: sed illa dispositio in quantum est mobilis a deo vocatur donum. et sicut ibidem dicit oportet hominem habere perfectiorem dispositionem ut moveatur ad perfectiores effectus et quia homo excellentissime a deo movetur propterea requiritur dispositio excellentior quam sit virtus: et hoc fit per dona. ideo donum est habitus hominem disponens ut suscipiat motionem a deo: et sic distinguuntur dona et virtutes: sed hoc est multum difficile ad intelligendum. propterea arguitur sic contra eum: non ponitur distinctio habituum nisi propter distinctionem actuum: sed non est distinctio inter actus virtutum et donorum. ergo nec inter illos habitus. nam non potest reperiri distinctio donorum que ponuntur in intellectu ab ipsis virtutibus intellectualibus: ergo non est reperibilis distinctio ab ipsis virtutibus quoruncumque donorum: nam apud Tho. nulla est distinctio eorum que ponuntur in intellectu a virtutibus intellectualibus. ergo nec quoruncumque donorum. patet: quia non est maior ratio de vniuersis quam alteris. Antecedens patet / nam. s. Tho. ponit quattuor dona in intellectu: scilicet donum intellectus: sapientie: scientie: et consilii: et ponit differentiam inter actus donorum. Dicit primo oportet intellectum penetrare. id est apprehendere rem: et hoc pertinet ad donum intellectus ultra postquam intellectus penetravit seu cepit id est apprehendit rem / oportet de ipsa re rectum habere iudicium. et hoc si talis res sit increata pertinet ad donum sapientie: si. creata ad donum scientie. et preter hoc id est apprehensionem et preter rectum

*dupliciter mo-  
uetur h. ad  
ne agendum*

*quid pertineat ad  
scilicet donum a primi  
et in omni pertine  
tia ad intellectum*

## De diffinitionibus peccati.

iudicium oportet applicare ad operationem. et hoc pertinet ad donum consilij. ideo dicit ponendo istam distinctionem secunda secunde quod intellectus primo capit rem. secundo iudicat recte. tertio applicat ad operationem. tunc sic arguo: illa recta estimatio quam ponit siue sit de deo: siue de creaturis est actus fidei: vel actus scientie capiēdo sciētiam. put est virtus intellectualis: ergo actus illi non distinguuntur ab actibus virtutum. consequentia est certa: et antecedens patet. Ista recta estimatio / vel est evidens vel inevidens. si inevidens est actus fidei / nam recte estimare quod deus sit summum bonum summe prudens: inevidenter est actus fidei. eodem modo in rebus creatis quod dies iudicij erit est actus fidei. ideo si tales recte estimationes seu iudicia sint inevidentia: tunc actus illorum donorum non distinguuntur ab actibus fidei: sed si talia iudicia sint evidētia / pertinent ad intellectuales virtutes puta ad sapientiam. si de rebus sint altissimis: vel de agibilibus ad prudentiam etc. ergo illi actus quos ponit pertinere ad donum sapientie: scientie etc. necessario pertinent ad virtutes intellectuales. ¶ Aliter dicit Sco. in tertio et melior et probabilior est sua opinio / quod dona non distinguuntur a virtutibus nisi saltē ratione et non realiter. Ratio Scoti est talis. tota necessitas ponendi habitus non est nisi propter actus. unde duplex est habitus infusus. scilicet et acquisitus. infusi sunt tres / fides / spes / et charitas. Alii sunt habitus acquisiti quorum quidam sunt intellectuales. alii morales. Intellectuales sunt duplices / quidam speculativi: quidam vero practici. de speculativis nihil ad propositum: sed de practiciis. alii sunt morales / et sunt communiter tres in voluntate: scilicet iusticia: temperantia: et fortitudo. prudentia in intellectu. tunc ponit talem propositionem. ad hoc quod homo perfecte se habeat circa omne obiectum sufficit habere istas virtutes puta theologicas et morales. nam ad diligendum deum sufficit charitas. Similiter prudentia perficit in intellectu sufficienter ad hoc quod recte se habeat circa quodcumque agibile / Similiter morales sufficienter perficiunt voluntatem ad hoc quod recte se habeat circa se et proximum. Ex hoc sequitur quod non sunt ponenda dona quod sint alii habitus distincti ab illis virtutibus. ita quod omne donum vel erit prudentia: vel iusticia etc. unde sunt aliqua dona in intellectu et voluntate. que sunt in intellectu non distinguuntur a virtutibus intellectualibus: que in voluntate non distinguuntur a virtutibus voluntatis.

¶ De peccatis. de diffinitione et divisione ipsorum. Cap. xiii.

**I**

superioribus visum est de virtutibus in genere et in communi: et de operationibus virtuosis: et de habitibus virtutum tam theologis quam humanis tam intellectivis quam affectivis: et de distinctionibus illarum inter se. consequenter videndum

Tres sunt habitus infusi.

propositio.

De diffinitione peccati.

So. cñ.

est de peccatis / primo quid peccatum / Secundo de multi-  
 plici peccatorum diuisione / Tertio de differentia inter mē-  
 bra illarum diuisionum / Quarto de grauitate z pena respō-  
 dente illis peccatis. ¶ Itum ad primū / peccatum cōmuniter  
 diffinitur ab Augustino. Est dictum vel factum vel concupi-  
 tum cōtra legem dei. Pro cuius declaratione primo viden-  
 dum in qua operatione reperitur peccatum. Dicit sanctus  
 Thomas q nullus actus vel operatio vel entitas est pecca-  
 tum nisi sit operatio humana. ita q de ratione peccati est q  
 sit operatio humana / hoc est libera tanq̄ elicita: vel tanq̄  
 imperata: ceterae autem operationes non sunt humane li-  
 cet sint operationes hominis. ¶ Particule illius diffinitionis  
 sic declarantur. per concupitum non solum intelligimus  
 actum voluntatis quo concupiscimus: sed etiam actum vo-  
 lūtatis quo aliquod obiectum refugimus ita q se extēdit ad  
 vtrūq̄ / z illa particula. s. cōcupitum se extendit pprie ad actū  
 elicitos voluntatis qui sunt nolle z velle. ¶ Alie particule. s. di-  
 ctum vel factum se extendunt ad operationes imperatas:  
 puta exteriores. alia particula contra legem dei / tāgit for-  
 male peccati. nam in omni peccato duo sunt: materiale z for-  
 male. Materiale est operatio libera elicita: vel imperata.  
 formale vero est difformitas ad legem dei. ¶ Circa hāc diffi-  
 nitionem multe occurrunt difficultates. prima / in quib⁹ ope-  
 rationibus hominis potest reperiri illud materiale peccati.  
 Utrū solum in operationibus voluntatis interioribus z exte-  
 rioribus imperatis: z nō in operationibus intellectus. Et ex  
 diffinitione peccati posita. apparet q nō reperiat̄ peccatum  
 p materiali in operationibus intellectus: qz in diffinitione nō  
 dicitur peccatum est intellectus. ¶ Secunda / vtrum reperi-  
 atur peccatum sine operatione: hoc est in pura omissione.  
 Tertia / vtrū quodlibet peccatum sit peccatū qz phibitum /  
 vel phibitum qz peccatum. nam in diffinitione peccati dicit̄  
 contra legem dei. ergo apparet q dicit̄ peccatum qz phibi-  
 tum. Quarta difficultas: qd sit formale in pctō: z vtrū i omni  
 pctō formale distinguit̄ a materiali. ¶ Itū ad p̄mā difficulta-  
 tē sit p̄ma ppositio. In cuiuslibet potētie operatione in qua  
 reperit̄ libertas vel intrinseca vl' extrinseca pōt reperiri pec-  
 catum. hec propositio satis nota est: quia in tali potentia po-  
 test reperiri operatio libera contra legem dei. ergo. Secun-  
 da ppositio. operatio non dicitur libera quia volita vel noli-  
 ta. hoc est quia feratur actus voluntatis super talem ope-  
 rationem: z loquor de imperatis. ¶ Tertia propositio ope-  
 ratio extrinseca dicitur libera: quia volita. Et seclusa vo-  
 litione qua est volita omnibus alijs positis non produ-  
 ceretur: ita q illa que remanent non producerent talem

Quid pec-  
catum.

prima ppō

Secda ppō.

Tertia ppō

## De diffinitione peccati.

operationem. Verbi causa quando fortes ambulat: seclusa volitione qua vult ambulare quibuscurq; alijs positis fortes non ambularet. ergo illa ambulatio est libere posita imperatiue. Similiter quando fortes vult credere et habet motuum / ipse credit: et seclusa volitione non crederet. Sed habita demonstratione fortes scit conclusionem / seclusa volitione equaliter sciret / quia demonstratio est causa sufficiens actus sciendi absq; actu voluntatis. ideo ille assensus scientificus non est liber siue libere causatur. Propterea dicit Sanctus Thomas secunda secunde questione prima. q. scientia non potest esse demeritoria nec meritoria. q. non potest esse libera sed non est simile de actu credendi: quia talis actus se habet in ordine ad actum voluntatis / et seclusa volitione impante talis actus non produceret. ergo relinquitur tertia propositio vera. ¶ Ex hoc sequitur q. in operationibus potentie motiue / puta lingue auditus et intellectus reperitur peccatum. Patet de intellectu. nam actus oppositus fidei puta infidelitas vel ipse actus fidei / si referat in malum finem est peccatum. ergo in operationibus intellectus reperitur peccatum. quid ergo dicendum est ad diffinitionem Augusti. Dicitur q. in concupito intelligit omnem operationem immanentem interiozem siue sit intellectus siue voluntatis ad hoc q. ipsa diffinitio sit completa. ¶ Quereret aliquis de operationibus oculorum et aliorum sensuum. Dico q. nulla visio vel auditio est peccatum. q. nunquam causatur visio quin causetur secluso quocumq; actu voluntatis. similiter et auditio: sed appertio oculorum ad videndum potest esse peccatum / quia non causatur secluso quocumq; actu voluntatis. sed illa visio que causaretur apertis oculis secluso actu voluntatis nihil habet libertatis: ideo non vocatur peccatum sed effectus peccati. sed illa appertio vel mora in presentia obiecti est libera / et etiam potest esse peccatum / et talis includitur in illa particula diffinitionis vel factum et breuiter omnia peccata potentie motiue exterioris includuntur in illo verbo factum. ¶ Quantum ad secundam difficultatem duplex est modus dicendi. Primus / quem reputo probabiliorem q. potest reperiri peccatum secluso quocumq; actu positiuo. Patet: sic sit fortes habens precise istud iudicium nunc est a me diligendus deus super omnia. ita q. non apprehendat deum sub aliqua ratione mali: et non odiat. tunc stante precise tali iudicio / vel necessitatur ab illo iudicio ad diligendum deum: vel non. si secundum ergo stat cum tali iudicio non elicere illam dilectionem dei super omnia. tunc ponatur in esse: scilicet q. non eliciat: nam peccat sine actu: quod patet. teneat iam elicere: et non elicit: et potest. igitur sine actu voluntatis peccat. neq; dicendum est primum. q. nunquam iudicium necessitat ad elicendum actum licet possit necessitare ad non elicendum. et ratio predicta est precipua ipsius Occham in tertio ad probandum q. sit da =

An pctm sit pe. qz phibitū So. ciq.

bil peccatum pure omissionis. Dices: ergo erit aliquod peccatū quod non erit dictū aut factū &c. Dico q̄ in istis terminis includūtur opposita priuatiue. puta est dictū: vel omīssio dicendi: factum vel omīssio faciendi: concupitum vel omīssio concupīēdi. ergo est aliquod pctm sine actu penitus: scilicet peccatum pure omissionis.

An peccatum sit peccatum quia prohibi-  
tum. Capitulum. xv. //



Quantum ad tertiam difficultatem qua quereba-  
tur vtrum quolibet peccatum sit pctm quia pro-  
hibitū/ vel phibitum quia pctm. apparet q̄ non.  
nam aliqua sunt mala que habent intrinsecā ma-  
liciam. vt patet per Aristo. ter. io Ethicorum. di-  
cit q̄ aliqua sunt que habent inuolutā malitiam  
vt mēiri/ adulterari. ergo aliqua sunt opera que sunt intrin-  
sece mala/ & illa non solū sunt mala quia phibita. Patet: deus  
contingenter phibet illa. nam p̄cipere & prohibere sūt actus  
dei respicientes exteriora. Unde in hac questione est vnū cer-  
tum/ & aliud dubium. nam certum est apud oēs q̄ quocunqz  
pctō dato deus contingenter acceptat vel deacceptat ad pe-  
nam quancunqz aliam ab ipso met: nam nullū datur peccatū  
quin sit possibile illud cōmitti: & tamen a deo ad nullā penam  
deacceptari. Patet/ est possibile deum nolle penā infligere/  
quia est vnū pure extrinsecum: ergo quocunqz peccato signa-  
to hec sunt compossibilia/ hoc p̄mittitur/ & tamē ad nullā pe-  
nā deacceptatur. propterea querunt aliqui doctores an pos-  
sit esse aliquod pctm actuale qd non sit mortale nec veniale/  
mortale hoc est non deacceptatū ad penam eternā: & veniale  
id est non deacceptatum temporalē/ sed erit pctm pure mo-  
rale quod p̄cedit Martinus in materia de martyrio qm̄ non  
impugnatur ad aliquā penam/ & aliqui etiam dicunt q̄ sic vt  
Durandus q̄ stando p̄cise in lege nature fuissent talia pecca-  
ra seclusa q̄cunqz reuelatione homo potuisset peccare sed so-  
lum moraliter. ergo nullum est pctm quin possibile sit q̄ cōmi-  
tatur & tamen nullam penam imputabit. secundo  
Alia difficul-  
tas vtrum sit aliqua operatio libera exterior q̄ possit ab ho-  
mine fieri & non esse pctm. Dico q̄ sic. qm̄ nulla est operatio  
exterior quin possit imperari a volitione q̄ non erit peccatū.  
Patet inductiue per singulas operationes vt operatio exte-  
rior que est adulterium stat q̄ illa q̄ cognoscitur carnaliter  
efficiatur cognoscētis & erit eadē operatio. Similiter de ope-  
ratione que est homicidium possibile est q̄ talis non sit pecca-  
tū/ quia potest fieri auctoritate legis & dei precipientis: quo-  
facto nō erit pctm. Similiter platio propositionis false si nō  
fiat cum assertionē nō est pctm. &c. ergo nulla est operatio ex-  
terior quin possit ab homine libere fieri & non esse peccatum

## De pctō an sit spe. qz phibitū

et in hoc concordant oēs. ¶ Sed difficultas est de operatione interiori: ut volitio cognoscendi alienam in cōtū alienam. Similiter volitio furti que cadit sup alienū in cōtū alienum inuito quocūqz dño an tales possint ab homine elici z nō sint male moraliter z pctā. Aliqui dicunt vt de Alya. z lerson in aliquibus locis z de Castro in fine primis sententiarum. qz nulla est operatio interior quin possit libere ab homine non male fieri sicut de operatione exteriori dictum est. Patet: deus contingenter phibet hanc operationē: z seclusa prohibitione non erit pctm. ergo quicūqz talis potest simpliciter de lege absoluta fieri z non erit peccatū z omne peccatū dicitur peccatum quia contra legem dei / z ista est fortior apparentia.

¶ Adducunt auctoritates ad pbandū qz aliquando fuerunt dispensati aliqui in talibus operationibus. ¶ Consequenter habent concedere qz potest ab homine elici odium dei z non erit malum. Similiter vollo qua vult detinere alienum in cōtū alienum inuito domino non erit mala. Patet / quia stat qz deus nullū illoz prohibeat. ¶ Jam est difficultas apud eos vtrum quelibet talis operatio possit esse bona que solet communiter tractari in schola: nam si oīs talis possit esse licita / z referri in vltimum finē: ergo odium dei poterit esse bonum z acceptatum ad vitam eternā. Sed si dicamus ad operationem esse bonam necessario requiri qz fiat ex amore dei imperante illam: ita qz sit de intrinseca ratione illius bonitas tunc odium dei non potest esse bonum: quia nō stat habere amorem dei: z odium cum non possim elicere odium dei ex amore dei. z si hoc requiratur ad bonitatē alicuius actus / ita qz amor dei partialiter concurrat / sequitur manifeste qz odium dei nūqz potest bñ fieri: quia ille due qualitates scilicet amor z odiū repugnant: z propterea non est possibile qz odium dei ab aliquo homine bene fiat: puta volo ex amore dei efficaciter odire deum quia si efficaciter volo odire / odio: z tunc non amo. z sic nō est possibile qz odiū dei in me sit impatū ex amore dei.

¶ Sed in illo casu dispensationis facte fortes potest bene moraliter me velle odire deum sed non est possibile qz fortes ex amore dei odiat deum. Similiter possum velle ex amore dei qz alter odiat deum / sed hoc non est possibile in me. ideo non sequitur / odium dei potest esse licitum: ergo bonum. si dicamus igit qz ad bonitatē moralem actus non requiritur qz eliciatur ab amore dei / sed sufficit qz non sit contra voluntatem dei z qz ab eo acceptetur: pceditur tunc qz odiū dei potest esse bonū z meritorū zc. ¶ Est tamen apparentia quā facit Andreas ptra se in primo volens probare qz sit aliquis actus indispensabiliter malus. Patet: sit fortes qui habeat actum quo velit facere contra pceptum dei / talis actus nō potest nō esse malus: igitur non oīs actus potest non esse malus ipso exi =

oppi. quorum dā



ite. Patet antecedens: bene sequitur / vult contra preceptum / ergo peccat / ex diffinitione peccati. Respondet ibidem Andreas distinguendo / vel illa volitio terminatur ad hoc totum aliquid contra preceptum / et sic non sequitur quod sit mala si vult contra preceptum nam non sequitur / volitio terminatur ad hoc sub ratione alieni: ergo hoc est alienum. Similiter non sequitur sortes vult hoc sub hac ratione quia contra preceptum: ergo habet preceptum de non volendo. et sic non sequitur: ergo illa volitio est contra legem dei siue contra preceptum ut ly contra preceptum sit solū determinatio specificans obiectum scilicet ut equivalet isti / volo contrauenire precepto: talis volitio stat quod non sit mala: puta si nullum sit preceptum. Alio modo potest capi ly contra preceptum ut determinat hoc verbum velle non in ratione obiecti: sed in ratione determinationis: ita quod non fertur in hoc obiectum contra preceptum sed in aliqd aliud: puta in odium sortis: vel in furtum / ut puta sortes vult odire platonē vult contra preceptum / et verū est dicere quod volitio eius est contra preceptum et volitio tamen non terminatur in hoc contra preceptum: sed solum determinat conditionem volitionis / sicut si diceremus intense vult: remisse vult: non sunt obiecta partialia nec conditiones obiecti sed determinationes. eodem modo dicendum est sortes odiendo platonē vult contra preceptum: et est sensus / elicit volitionē contra preceptum de non eliciendo hanc volitionē. sed tunc consequentia est bona / vult contra preceptum: ergo peccat. ita quod ista consequentia est inevitabilis ex diffinitione peccati quin sit bona. Istomodo capiendo / sortes vult contra preceptum sortes nult contra preceptum: ergo peccat: sed dico ois volitio et nolitio contingenter est contra preceptum / et stat antecedens esse falsum / puta si nullū sit preceptum tñ quelibet volitio contingenter est mala / et potest non esse mala / licet necessario sequat. ista volitio est contra preceptum dei. ergo est mala. Sed consequenter est difficultas de ista volitione volo occidere platonē contra preceptum dei ut ly contra preceptum dei non determinat ipse velle seu actū volēdi. sed determinat ly occidere. apparet quod illa sit necessario mala. Patet: illud iudiciū practicū ē necessariū / non ē occidendus plato contra preceptum dei. non est licitū occidere platonē contra preceptum dei: ita quod in istis dictaminibus practicis includitur non licet: seu non est licitū: quod autē illud iudiciū practicū sit necessariū. patet: suum contradictoriū implicat contradictionē puta est occidendus plato contra legem dei. licitū est occidere platonē contra legem dei. Implicat enim quod sit contra preceptum et licitū. ergo hec volitio que fertur super hoc totū occidere platonē contra preceptum dei / non potest non esse mala. cū sit difformis iudicio practico necessario. et talis est necessario mala. Ista consequentia negat ab eis immo procedunt quod agens contra conscientiam erroneam stat non

## De actibus intrinsece malis.

male agere. et sic stat agere contra dictamen verum et non  
le agere: quia stat quod deus non obliget nos ad non contraue-  
nire scientie erronee. ita quod licet ei tunc contrauenire. ita si de-  
us potest dispensare in omnibus preceptis eodem modo poterit in  
istis. et sic ista consequentia non valet. ista voluntas est diffor-  
mis dictamini vero necessario pure practico: ergo est ne-  
cessario mala. ¶ Contra. istud iudicium est verum: ergo ita est  
in re quod non est licitum taliter facere sicut per ipsum signifi-  
catur non esse faciendum. concedo: sed habens illam voli-  
tionem faciendi contra rectam rationem seu volendi occide-  
re hominem contra legem dei facit taliter qualiter non esse fa-  
ciendum significatur per illud iudicium practicum et necessario  
verum. ergo illa est necessario mala. Distinguo. vel ly contra  
legem dei in illo dictamine importat additionem obiecti: et sic est  
contingens. et potest esse falsum puta quando nullum est preceptum  
quia falsum est quod occidere tunc sit contra preceptum vel determi-  
nat ly velle et sic est necessarium: quia sensus est / nunquam potest  
licite quis occidere hominem quando illud occidere est contra pre-  
ceptum. tunc distinguitur quod illa volitio sit contra illud dictamen.  
vel si esset contra preceptum determinet velle / et sic nego. vel  
si determinet obiectum: et sic distinguo quod sit contra dictamen /  
vel vere et sic nego / vel false et credite seu apprehensive: et sic  
concedo. sed hoc non sufficit ut illa sit mala: sed oportet quod vere  
ei contraueniat.

### De actibus intrinsece malis.

Ca. xvj.

**M**axima opinio probabilior est quod aliqui sunt actus qui  
sunt intrinsece mali: ita quod non est in potestate dei  
facere quod tales actus libere eliciantur ab homi-  
ne / et non sint mali ut furari / mentiri. et hanc mul-  
ti tenent ut Greg. in secundo Occham. S. Tho.  
et Bonaventura. Dicitur notanter ab homine quia  
si a solo deo producantur iam non possunt esse mali. Et ad ar-  
gumentum. omne peccatum est peccatum quia lege dei prohibetur: et deus me-  
re contingenter prohibet. igitur potest non prohibere. Distin-  
guit ibidem Grego. quod duplex est prohibitio preceptum. quedam  
indicativa / alia imperativa. Indicativa que explicatur per  
verbum indicativum modi: ut propositio qua significat aliquid esse  
faciendum: vel antecedens ad quod sequitur ipsum non esse faci-  
endum: ut furtum est malum / omnes adulteri raptores auari etc. vi-  
tam eternam non habebunt / per illam propositionem antecede-  
ter significatur quod non licet fornicari / adulterari etc. nam be-  
ne sequitur / fornicatio est mala: ergo non est facienda et sic di-  
cit quod dantur aliqui actus et non est possibile quin sint prohibiti  
a deo ista prohibitionem indicativa et non potest non prohibere. nam  
sicut necessario deus iudicat se esse ita necessario iudicat adulte-  
rium esse malum. Alia est imperativa que explicatur per verbum im-

De actibus intrinsece malis. Fo. cv.

¶ Pro solutione sit prima p̄positio. Veniale ex opere operātis hoc est propter imperfectionem ipsius deliberationis nō fuisset p̄possibile iusticie originali quēadmodū sunt primi motus vt primus motus ad gulam/ ad luxuriam &c. non primo primi: secundo primi qui ponūtur a doct. venialia/ non fuerunt compossibiles iusticie originali. & omnes in hoc conueniunt: quia iusticia originalis reddebat sensualitatē subiectā portioni superiori rationis. Ita q̄ iusticia originali stante nō potuisset insurgere motus contra iudicium rationis: ergo repugnabat q̄ in habente iusticiā originalem fuisset talis motus venialis ratione indeliberatiōis. Sed difficultas est veniali ex opere operato/ id est ex obiecto quod veniale est p̄fecte deliberatum: vt de mendatio iocoso. an tale fuerit cōpossibile iusticie originali. ¶ Tenet sanctus Thomas & multi ex antiquis q̄ non. & difficultas hui⁹ materie est circa distinctionem supradictā. Dicūt isti doctores q̄ veniale ex obiecto nō est cōpossibile iusticie originali. queritur ergo ab ipsis/ vtrū talis impossibilitas pueniat ex eo q̄ habens iusticiā originalem: si eliciuisset velle mētiri iocose peccasset mortaliter rōne talis stat⁹ & sic fuisset p̄dita iusticia originalis. Vel solū p̄pter hoc q̄ habens iusticiam originalem nō potuisset tale veniale elicere. Si dicas primum: tunc ponatur q̄ Adam eliciuisset velle mentiri iocose. sequitur q̄ in primo instanti electionis non habuisset iusticiam originalem: & per consequens fuisset extra stratum innocentie ergo talis actus non fuisset mortalis ratione illius status. & hoc argumētum est multū apparense. ¶ Preterea si iste status puta nature lapse faciat q̄ ille actus q̄ alias fuisset mortalis de facto sit solū venialis. ergo status nature lapse infinite diminiuit de grauitate peccati (quia veniale est infinitum minus q̄ mortale) & si in infinitum diminiuit de vno: ergo & de quolibet. & vltra: ergo quodlibet pctm̄ pro statu nature lapse erit solum veniale. Patet/ quia eadem ratione in infinitum diminiuet de grauitate homicidij/ & non potest in infinitum diminuere de homicidio quin ipsum faciat transire in aliam speciem peccati: quia duo peccata eiusdem speciei: neutrum alterum excedit infinite: neq̄ est in infinitum peius alio. [Dato q̄ nullū peccatū eiusdem

Additio.

An veni. fuerit cōpos. iust. ori. Fo. cxij.

speciei sit peius altero infinite nō sequit̄ ex hoc q̄ omnia pec-  
cata huius status essent venialia quare i genere pcti morta-  
lis vnum peccatum mortale est infinite peius altero: sed ex  
hoc videtur concedendum q̄ nullum pctm̄ commissum in sta-  
tu innocentie esset eiusdem speciei peccati in esse pcti cū pec-  
cato circa eandem materiam in isto statu. ¶ Aliud argu-  
mentum etiam potest fieri de leuatione festuce. 2 sic ista opi-  
nio non videtur multum pbabilis. videlicet q̄ tale peccatum  
veniale fuisset mortale ratione status. 2 nullus doctor illā te-  
net q̄c̄ alias fuerit defensata in scolis. Dicit sanctus Thomas  
q̄ veniale est impossibile iusticie originali ad istum sensus  
q̄ non fuit possibile habentem iustitiam originalem p̄ primo  
peccato elicere illum actum qui solum esset venialis. Et for-  
te ratio sua est/ quia omne veniale ex obiecto est in inferiori  
parte rationis. Unde ratio diuiditur in duas portiones/ in su-  
periozem que respicit obiectum increatum 2 effectus p̄pri-  
us ipsius iusticie originalis erat non solum subdere sensualitatē  
rationi: sed etiam portionem inferiorem rationis portioni su-  
periori. ita q̄ inferior pars rationis non potuisset moueri ad  
aliquid nisi secundum leges eternas quas superior portio ra-  
tionis considerat. sed peccare venialiter repugnat legib⁹ su-  
pernis. ergo stante iusticia originali non erat possibile elice-  
re actum venialem. ergo similiter stante iusticia originali nō  
fuisse possibile sensualitatem moueri ad illecebrem neq̄ ad  
iram. Contra hoc est solum vnum fortissimum argumentum  
Si deus potuit: 2 de facto prohibuit A de ne ederet de fructu  
ligni vetiti sub pena peccati mortalis/ etiam potuit phibere  
solum sub pena peccati venialis/ quia talis esus non est mor-  
talis de se/ 2 si prohibuisset solum sub pena peccati venialis  
Adam potuisset equaliter elicere illum actum / volo edere  
de tali fructu posito etiam illo p̄cepto. ergo illud peccatum/  
scz veniale qd̄ est venialiter malū/ qz phibitū nō repugnat iu-  
sticie originalis/ ex natura ipsius iusticie originalis 2 ē argumē-  
tū fortissimū i hoc p̄posito. Aliud argumētū pōt fieri. Adā in  
statu innocentie obligabatur non mentiri iocose. ergo pote-  
rat illud transgredi/ quia nō datur p̄ceptum nisi de illo quod  
potest adimpleri 2 transgredi. Aliqui dicunt verum esse q̄ de  
potentia absoluta iusticia originalis non repugnat veniali si-  
cut charitas de potentia absoluta non reputat mortali: s̄ de  
lege statuta repugnabat veniale iusticie originali. sed nō de  
potentia absoluta. 2 sic argumentum facilliter solueret/ quē-  
admodum diceremus de mortali 2 gratia pro statu isto. ita  
dicerent de veniali 2 iusticia originali p̄ statu innocētie. Ali-  
ter dicit Sco. in secundo q̄ veniale ex obiecto: 2 non ex imp-  
fectione actus/ est impossibile iusticie originali. et rōnes ei⁹  
possunt esse ille que communiter fiunt contra. s. Tho. Sed

## De peccato veniali.

arguitur apparenter contra Sco. si aliquis voluisset in tali statu nature integre metiri iocose: ex illa repetitione frequenti illius actus potuisset generari vnus habitus multum intentus qui fecisset difficultatem ad eliciendum actum contrarium: quia habitus habet hoc ex natura sua, ergo aliquis pro tali statu habuisset repugnantiam et contrarietatem et rebellionem ad bene faciendum, et tamen hoc ponitur vnus effectus iusticie originalis puta nullam pati difficultatem et rebellionem ad bene agendum. Preterea si tunc peccasset venialiter quomodo fuisset peccatum remissum et pena soluta: quia Adam in tali statu erat impassibilis, ergo non potuisset pati penam in tali statu pro veniali et sic mansisset impunitus. Ad primum dico quod Adam potuisset reiterare sepe sed non fecisset et negatur consequentia puta quod potuisset generari habitus, quia iusticia originalis que se habebat per modum habitus est incompatibilis habitui inclinanti ad veniale: quibus non sit compatibilis actui, nam de ratione iusticie originalis erat difficultatem puenientem ex parte agentis excludere: ergo in adam non fuisset genitus talis habitus. Quantum ad secundum dicitur quod fuisset illud veniale remissum per bonum motum dilectionis: et fuisset satisfactum non per penam sed per feruentem actum amoris in deum, et sic patet de istis duabus opinionibus: quarum quelibet est probabilis. [Facilior est opinio Scoti: sed argumentum de habitu mentiendi est multum apparens. Nec sufficit dicere quod iusticia originalis prohibuisset generationem habitus: quare sequeretur hoc modo quod nullus habitus fuisset genitus in illo statu vel saltem solum habitus boni vel indifferentes: et cum actus bonus potest fieri malus et similiter indifferens tunc volo quod postquam habitus est genitus quod sub pena veniali prohibeat talis actus, etc.]

Additio

[An veniale quando puniatur eternaliter. Cap. xxiij.]

**C**onsequenter queritur de veniali quo ad punitionem. Utrum aliquando puniatur eternaliter vel semper solum temporaliter, et ista difficultas agitur a Sco. et S. Tho. Nam dicit Sanctus Tho. et multi antiqui quod veniale si fuerit iunctum mortali puniatur eternaliter. Nam ut notum est aliquis potest decedere peccato cum vno mortali et vno veniali, talis sic decedens puniatur pro veniali non in purgatorio sed in inferno quia erit damnatus, et puniatur eternaliter in inferno pro veniali dicit S. Tho. Ratio prima est: quia in inferno nulla est redemptio: ergo non puniatur in inferno aliquando plus aliquando minus sed aliquando in inferno puniatur pro veniali: alias remaneret impunitus: ergo semper in inferno puniatur illa pena veniali. Secundum motuum apparentius est peccatum ve-

niale in quo decedit cum mortali nunquam remittetur quo ad  
 culpam: ergo etiam nunquam remanebit sine pena. Patet secun-  
 dum omnes doctores nunquam peccatum saltem actuale post-  
 quam commissum est potest remitti nisi per aliquem bonum mo-  
 tum: etiam si quis applicetur sacramentum requiritur aliquis  
 bonus motus. sed in isto non potest esse bonus motus: quia da-  
 natus non potest bene moraliter agere: ergo non potest ve-  
 niam consequi de illo. Item nunquam remittitur peccatum quo  
 ad culpam quam diu placet: sed verisimile est quod placet damnatis  
 commisisse peccata. ergo. Ratio igitur quare veniale punie-  
 tur eternaliter: est quia non potest remitti quo ad culpam di-  
 screpantia est de pena que debetur adhuc pro mortali remisso  
 et de veniali: quando enim mortale est remissum quo ad cul-  
 pam adhuc est obligatio ad penam. Dicunt multi Thomi-  
ste probabile esse quod in inferno solum temporaliter puniatur pro  
mortali remisso / quia solum restat sustinere talem penam: sed  
veniale non est remissum quo ad culpam / ideo omnes Thomi-  
ste concordant quod eternaliter pro veniali puniatur. Contra hoc  
instatur apparenter primo: sequeretur quod veniale puniretur  
ad condignum / immo supra condignum. Patet veniale est solum con-  
dignum temporalis pena / et puniatur eternaliter: ergo supra condi-  
gnum. Item sequitur quod aliquis tamen vel plus puniretur pro veniali  
sicut pro mortali. consequens est falsum: quia mortale quam tu-  
cunquam paruum est in infinitum maius quam veniale quacumque  
magnum: ergo non puniretur secundum equalitatem propor-  
tionis peccati ad peccatum: ergo deus esset iniustus: patet se-  
quela. sortes puniatur eternaliter gradu distincto pene pro mor-  
tali / et alio gradu distincto pene pro veniali: quia puniatur divi-  
sibiliter plusquam si decederet in solo mortali. tunc sic. Iste gra-  
duis pene quo puniatur eternaliter ultra penam que debetur  
adequate mortali / non est in infinitum minor illo qui respon-  
det mortali / ponatur quod sit in decuplo minor: ergo illud venia-  
le tantum puniatur in inferno quantum puniretur subdecuplum  
mortale ad illud in quo decedit / sed hoc est falsum: igitur et  
illud ex quo sequitur. et hoc argumentum est apparens. ta-  
men respondetur cum sic arguitur sequitur quod aliquis pro ve-  
niali tantum puniretur sicut pro aliquo certo mortali / nego  
consequentiam. Dico tamen quod puniatur eternaliter de per se  
pena damni: sed solum pro mortali. Dico secundo quod illa pena  
sensus debita veniali est in infinitum minor: pena quam pena qua  
puniatur pro mortali. Quia illud quod puniatur aliam penam non puniatur nisi ra-  
one adiuncti non puniatur illa pena pro se / et licet veniale puniatur et-  
ternaliter pena sensus et pena damni: hoc tamen est ratione  
adiuncti. ergo non puniatur de per se. sed de per accidens. Dico  
tertio quod in infinitum minus eternaliter puniatur pro veniali quam  
mortali in ratione pene. et ratio est. In infinitum est peius  
 p. ij.

## De diffinitione peccati.

ei puniri pro aliquo de p se q̄ per de accidens. Ultra / est in-  
finitum peius tali pena puniri pro mortali q̄ pro veniali si-  
cut communiter dicunt docto. si eadem pena sensus qui iam  
infligitur dānato pro culpa infligeretur alicui sine culpa non  
esset ei pena sicut illi cui punitur pro culpa: vt carentia visio-  
nis diuine nobis existentibus viatoribus nō est nobis pena /  
quia non infligitur pro culpa: sed post mortem erit pena / q̄  
infligetur pro culpa. Dico vltra q̄ eadem carentia in nume-  
ro pro maiori peccato est pena / 2 pro minori est minor: p̄pte-  
rea quia pena dicit respectū ad culpam. Ex quo sequitur q̄ il-  
lud quod infligitur pro mortali est in infinitū maior pena q̄ il-  
lud quod infligitur pro veniali / quia infligitur pro aliquo quod  
in infinitum excedit culpam venialem / ideo in genere pene ē  
in infinitum maior q̄ illud quod infligitur p̄ culpa que est in  
infinitum minor in ratione culpe. Dico ergo q̄ dolor in infer-  
no p̄ veniali non est in infinitum minor gradualiter q̄ ille qui  
infligitur p̄ mortali / sed est in infinitum minor in ratione pe-  
ne. Alius est modus dicendi Scoti q̄ solum temporaliter pu-  
nietur in inferno pro veniali iuncto mortali / 2 hoc est multum  
probabile. Et ad rationes aliorū dicentium q̄ in inferno non  
est redemptio. Dico q̄ non est redemptio ereptiua: hoc est  
a toto / sed bene a parte pene puta ab illa que infligitur pro  
peccatis dimissis in hoc mundo vel pro veniali. Ad secun-  
dum cum dicitur / veniale non potest remitti quo ad culpam  
ergo neq̄ quo ad penam et realiter manet culpa: 2 est preci-  
pua ratio quare punitur eternaliter peccatum / eodem mo-  
do de veniali non potest remitti in inferno cum non habeant  
bonum motum ratione cuius remittatur. Dico q̄ potest re-  
mitti per satisfationem absq̄ bono motu. Unde secundum  
Sco. duplex est modus remittendi veniale. Unus modus est  
satisfactio .i. per actionem 2 operationem illi q̄ peccauit ve-  
nialiter. Alius modus est per satisfationem / quando ille qui  
illud commisit patitur penam ad quam obligat peccatum: 2  
dicit Scotus de ratione venialis est q̄ solum ad penam tem-  
poralem obliget: ideo per satisfationem in inferno remitti-  
tur. [Scotus tamen non manet fixus in soluendo .vt patet  
distinctione. xxi. quarti. sed hec solutio est ab eo acceptanda.  
Contra istum modum dicendi est argumentum tale sequere-  
tur q̄ inuite perderet culpam. patet sequela / extra gratiam  
peccauit mentiēdo iocose. et complacet ei illud in inferno.  
tūc illud inuite remitteretur: sed hoc non videtur conceden-  
dum in via vbi requiritur bonus motus.

Additio.

De primis motibus.  
Capitulum. xxiij.

**Q**

unc agendum est de pctō veniali ex parte ope-  
ris operantis: et primo de primis motibus: quid  
sit motus / et in quo sit subiective et utrum om-  
nis motus primus ad obiectum illicitum et phi-  
bitum sit peccatum veniale. Dicitur q̄ motus  
nichil aliud est q̄ quedam qualitas partis sensitivae conse-  
quens apprehensionem simplicem subiecti ipsum supposituz  
inclinans ad prosecutionem illi⁹ obiecti vel fugam. Unde ex  
perientia docet q̄ apprehensio obiectis sub ratione conue-  
nientis causatur in nobis quedam qualitas que nos movet  
ad p̄sequutionem illoꝝ obiectoꝝ. Similiter apprehensio ob-  
iectis sub ratione disconvenientis causatur in nobis quedam  
qualitas in parte sensitiva inclinans nos ad fugam illius ob-  
iecti vt notum est. Et voco motus primos qui non sunt deli-  
berati p̄cedentes omnem deliberationem. ¶ Difficultas est  
utrum sint reperibiles in voluntate quemadmodum in sen-  
sualitate. et dicit q̄ sic. Patet: qz experimur nos moveri istis  
motibus apprehenso obiecto solum apprehensione intelle-  
ctiva etiam vbi nulla p̄cessit sensatio: vt i absentia obiecti q̄s  
potest illud apprehendere et hoc apprehensione intellectiva  
qua stante statim movetur ad p̄secutionem vel fugam illius  
obiecti: et non nisi motu voluntatis. igitur. Secundo experi-  
mur nos moveri istis motibus in obiecta non sensibilia vt in  
beatitudinem que non est circa sensibilia / illis app̄hensio sta-  
tim insurgit appetitus illoꝝ et non nisi in voluntate. ¶ Que-  
ritur igitur postq̄ p̄ certo habetur et omnes concedunt p̄-  
mos motus reperiri in voluntate: utrum voluntas respectu  
illoꝝ motuū se habeat pure passive / vel se habeat aliquo mō  
active. Respondet roset⁹ q̄ se habet pure passive. et nullo mo-  
do active respectu primoz motuum: seu respectu motuum  
p̄cedentium omnem deliberationem quod idem est. et facit  
tres rationes. Prima: omne agens liberuz quando cūq̄ agit  
agit libere. sed voluntas si libere ageret illos motus peccaret  
mortaliter: sed non peccat mortaliter et est agens liberū. igit  
nullo modo agit. Secūda voluntas in ordine ad istos motus  
non plus se habet active q̄ sensus ad sensationes: sed sensus  
respectu sensationuz se habet pure passive. igitur. Tertia rō  
est quia nullum passum agit illum effectum a quo ipsum pa-  
tit / et si agat agit vt causa libera / sed voluntas patit seu reci-  
pit p̄mum motū. igit nō agit illū / vel si agit mere libere agit /  
sed hoc non / quia peccaret mortaliter: igit. Sed quodlibet  
illoꝝ quod assumit est falsuz ideo argumēta sua parū valēt.  
primū em̄ est falsum. sicut et scdm / quia sensus active cōcurrit  
ad sensationes similiter p̄mū assumptū est falsum: quia aia ē  
agens liberū et tamē naturalit̄ p̄ducit intellectiones. Tertiu  
dictum similiter est falsum: quia intellect⁹ in se p̄ducit intel-  
p. iij.

Quid sit mo-  
tus.

Rosetus.

## De primis motibus

lectionem / et tamen mere naturaliter pducit. sed ista pposi-  
tio est bene vera / nunquam aliquod agens est causa totalis alicuius  
ius effectus quem immediate in se suscipit: nisi sit causa libera  
et ratio est quia alias semper illum effectum haberet in se  
esset enim inconueniens quod esset causa naturalis et totalis et  
non ageret / cum necessario agat omnis causa naturalis. Di-  
co igitur quod ipsa voluntas est causa partialis illius motus pri-  
mi et naturalis: et cum hoc stat quod aliquando sit libera / sed hoc  
est respectu alterius effectus. Similiter ille motus causatur par-  
tialiter a cognitione intellectiva. et dicitur motus intellecti-  
uus: quia presupponit cognitionem intellectivam. Jam respo-  
detur ad questionem in qua est controversia. ¶ Sanctus Tho-  
mas dicit vniuersaliter / quod omnis motus aialis. i. qui presupponit co-  
gnitionem contra precepta dei / est venialis ut patet vicesima  
quarta distinctione secundi. et dicit ibi quod distinctio doctorum  
de motibus primo primis et secundo primis nichil valet. sed quia  
oppositum communiter tenetur: ideo defensabimus ipsum:  
declarando illam diuisionem. Unde ille motus vocatur pri-  
mo primus qui non est in potestate ipsius hominis aliquo mo-  
do nec in se nec in sua causa ad minus quem homo non tene-  
tur vitare villo pacto nec in se nec in sua causa: ut presentata ali-  
cui pulchra muliere ipso de illa nichil cogitante nec hoc spe-  
rante: tunc illa visa causatur in illo in sensualitate quedam qua-  
litas que inclinat eum ad persecutionem illius obiecti: et talis  
qualitas dicitur motus primo primus quia ea visa non est  
possibile quin moneatur: cum impossibile sit (secundum au-  
gustinum) quin visis tangamur. et non tenemur vitare illum  
motum: quia licet potuisset vitare causam illius motus sci-  
licet vitando presentationem quia tamen sibi non consta-  
bat non tenetur vitare eam: et non potest vitare motum illi  
igitur talis motus est primo primus. Motus igitur vocatur  
primo primus p illo tempore quo voluntas non potest illum mo-  
tum amouere et reprimere. Sed ille vel alius dicitur secundo  
primus quando voluntas potest illum aliquo modo amouere  
et reprimere. Secundo supponitur quod illo motu insurgente et  
intellectu reflectente se super illum motum voluntas potest  
multipliciter se habere: ut dicit Berson: vel se habet ut tota-  
liter abiciens per nolle detestatum illius motus / vel obie-  
cti ad quod inclinat ille motus / vel ut consentiens / vel ut titu-  
bens: id est nec consentiens nec dissentiens / sed mere nega-  
tue se habens ad illum motum. Si primum / non peccat ut no-  
tum est: si secundum peccat: quia iam consentit. ideo ei impu-  
tatur. si tertium: quia scilicet fert illum motum et tamen nec  
consentit nec dissentit. dicit Bonauentura quod securius est dice-  
re ipsum peccare mortaliter: quia exponit se periculo pecca-  
ti mortalis: et continet illud vitare. Sed quicquid sit: hoc est



primum certum / q̄ actus deliberatus circa materiam morta-  
 lem est peccatum mortale: sed quando habetur actus inde-  
 liberatus circa materiam peccati mortalis: est peccatum ve-  
 niale. Quid autem sit ille actus indeliberatus: est difficultas  
 Et inquiritur sic. vel talis motus est motus sensitivus vel ra-  
 tionis vel naturalis. si naturalis igitur nullo modo in se est  
 peccatum: quia nullum est in se peccatum nisi sit in se liberū  
 & ideo talis motus sensualitatis si sit peccatum est peccatum  
 secundario & extrinsece. & per consequens oportet q̄ sit ali-  
 quid aliud quod sit in se peccatum: & illud aliud peccatum nō  
 potest esse nisi actus voluntatis liber vel negligentia qua te-  
 nebatur vitare huiusmodi motum que negligentia dicitur  
 consensus virtualis: seu interpretatiuus sed si sit consensus li-  
 ber / verus / vel virtualis / est peccatum mortale: igitur & ille  
 motus naturalis qui ab eo denominatur dicitur mortalis.  
 ¶ Respondetur q̄ verum est q̄ omnis consensus verus vel in-  
 terpretatiuus liber contra p̄cepta dei est peccatum mortale  
 & nullus veniale: sed negatur q̄ omnis consensus sit liber:  
 quia requiritur deliberatio ad hoc vt sit liber. Unde delibe-  
 ratio fit quando inquiritur de aliquo an sit faciendum vel  
 fugiendum: an sit bonum vel malum &c. sed propriissime vlti-  
 mus assensus qui habetur ex tali inquisitione vocatur deli-  
 beratio / ita q̄ deliberatio formalis nichil aliud est q̄ iudici-  
 um q̄ hoc est malum vel fugiendū &c. [ Videtur sequi ex di-  
 ctis q̄ nullus talis motus est veniale tātum quia si talis mo-  
 tus nullo modo sit liber nullo modo est peccatum nec venia-  
 le nec mortale & per dicta hic posita si est liber est mortale /  
 ergo nullo modo reperiretur veniale. Respondēdū est q̄ hic  
 loquitur de perfecta deliberatione & non de semiplena que  
 nichil aliud est q̄ iudicium formidolosum q̄ malitia vel non  
 iudicare de bonitate vel malitia pro tempore p̄ quo tenetur  
 iudicare sub pena peccati venialis puta tempus p̄ quo mul-  
 tum difficile se reflectit super motum primum: et sic videtur  
 q̄ omnis motus secundo primus est omissio intrinsece / ex-  
 trinsece est ille motus. ] ¶ Queritur vtrum in sorte in quo  
 est motus secundo primus sit illud iudicium vel non: scilicet  
 iste motus est reprimēdus. et si sic: igitur est vere liber. quia  
 ille motus est vere liber de quo habetur perfecta delibera-  
 tio: quoniam illa habita in potestate voluntatis est q̄ ille mo-  
 tus reprimatur vel continetur. Si dicas q̄ non habet: tūc  
 queritur: vel tenetur habere vel non. si sic: igitur idem est ac  
 si haberet: quia ignorantia non excusat a toto / licet bene a  
 tanto: & per consequens dicitur liber interpretatiue: & peccat mor-  
 talit̄: si nō tenet habere: igitur est ignorantia inuincibilis. & p̄  
 consequens nullo modo peccat. patet. ignorantia dicitur inuinci-  
 p. iij.

Additio.

## De primis motibus.

bilis non quia non possit vinci: sed quia non tenetur eam vincere / et talis excusat omnino a peccato. Si igitur dicatur quod in forte est perfecta deliberatio de illo motu reprimendo. et si omittit reprimere: illa omissio est perfecte libera / quia poterit tunc perfecte libere elicere volitionem habendi illum motum. et illa omissio est tam perfecte libera quam perfecte liber est actus per quem poterat ille motus reprimi: et ideo talis omissio est peccatum mortale. Dicunt aliqui doctores. ut Occam in quolibeto quod non sunt ponendi actus subrepticii contra preceptum dei nec odium subrepticium: et quod involuntate nullus est motus venialis circa materiam mortalem. Sed hoc est nimis durum. ideo respondet secundum aliam opinionem que communior et mitior est: quando queritur an habeat illud iudicium. Dico quod non habet / vel si habet / hoc multum formidolosum / quod non sufficit ad mortaliter peccandum. vel dico etiam quod nullo modo habet. Et quando dicitur postea: vel tenetur habere vel non. dico quod tenetur habere: sed non sub pena peccati mortalis: sed solum venialis. unde quando fortes mouetur ad illecebram vel ad aliud illo motu primo est sibi multum difficile se reflectere super illum motum: et advertere periculum: licet posset se reflectere. et quia est ita nimis difficile / deus non obligat eum nec aliquem nostrum ad illam reflexionem faciendam sub pena peccati mortalis: quia neminem ita vult obligare ad nimis difficile. Correlarie sequitur quod talis motus secundo primus non est immediate peccatum: sed solum ratione omissionis qua omittit illum reprimere. et quia non tenetur reprimere nisi sub pena peccati venialis: ideo non est nisi peccatum veniale. Et ideo quando querunt doctores. in secundo utrum in sensualitate sit peccatum: dico quod non nisi denominatione extrinseca. quia nullus actus est in se liber ipsius sensualitatis ideo nullus est in se peccatum. sed solum denominatione: et sic patet de peccato veniali propter imperfectionem deliberationis: quod scilicet est circa materiam mortalem: et dicitur veniale: vel quia scilicet deliberatio contra quam fit. id est iudicium est valde formidolosum / ita quod habeat plus de formidine quam de iudicio: vel quia non est aliquod iudicium verum seu advertentia ad malitiam illius peccati: nec pro tunc tenetur ad illud iudicium et diligentiam habendam nisi sub pena venialis. Et dicit de Sando in quolibeto quod illi primi motus sunt solum malitia omissionis et non transgressionis. Ratio est / quia tales motus solum sunt mali propter negligentiam ipsius voluntatis in reprimendo. Nam negligentia importat omissionem et non transgressionem ergo illi motus solum sunt mali malitia omissionis et non transgressionis. et hoc videtur satis apparens ex prius dictis cum illi motus non sunt in se liberi / immo pure naturaliter causati ex cognitione et apprehensione habent-

tis: sed solum sunt liberi interpretatiue / hoc est: quia voluntas non reprimi: & tamē tenetur reprimere: ergo illi motus habent solum malitiam omissionis. Soluta est prius difficultas de illa ignorantia an esset inuincibilis vel non. ¶ Restat alia difficultas. dicitur q̄ prim⁹ motus qui est secundo primus quis sit ad rem illicitam mortaliter / nichilominus est veniale p̄pter imperfectionem deliberationis: ergo ex hoc infero q̄ motus primo primus ad peccatum veniale p̄pter imperfectionem deliberationis nullo modo erit peccatum. Unde sicut contingit moueri ad materiam que prohibetur sub pena peccati mortalis: vt ad adulteriū / ad homicidium &c. ita contingit moueri ad materiam prohibitam solum sub pena peccati venialis: vt habere motum alicientē ad mentiendū locose: ergo sequitur q̄ talis motus nullo modo esset peccatum. patet consequentia: & arguitur sic. Ista imperfectio deliberationis infinite diminuit de motu qui est ad materiam mortalem q̄ facit illum esse venialem qui tamen foret mortalis si esset perfecta deliberatio: ergo etiā infinite diminuet de veniali: sed non potest de veniali infinite diminueri: nisi ipsum faciat penitus non peccatū: ergo illa imperfectio deliberationis taliter faciet q̄ talis motus nullo modo erit peccatum. ¶ Alia difficultas de istis motibus / moueat aliquis simul duobus motibus secundo primis ad diuersa mortalia: puta ad fornicationem et ad homicidium: sic q̄ ad perfecte deliberandum circa quodlibet eorum seorsum requireretur dimidia hora: ita q̄ nullus seorsum efficeretur mortalis nisi in fine dimidie hore: tunc notum est q̄ requiritur maius tempus ad perfecte deliberandum circa illa duo q̄ circa vnū solum: a deo q̄ quilibet seorsum posset reprimere i dimidia hora ex deliberatiōe p̄fecta: & nō est possibile q̄ p̄fecte deliberet in dimidia hora. circa vtrūq̄: q̄ quilibet illorū p̄ casum requirit dimidiam horam ad perfecte deliberandum vt reprimat tunc omittat deliberare & reprimere. an in instanti terminante illam medietatem hore peccauerit duobus peccatis. Nā secundū Aluissiodoren. motus illecebre est primo mortalis in instanti terminante totum tempus in quo tenetur illum reprimere: sed quilibet istorum motuum in instanti terminante illam dimidiam horam esset mortale peccatum seorsum. questio est vtrum vterq̄ sit mortale vel alter mortale & alter non / non est dicendum q̄ vterq̄. quia per casum in dimidia hora non est possibile neq̄ tenetur circa vtrūq̄ deliberare sub pena peccati mortalis / quia non potest: cum quilibet illorum seorsum requirat totam mediam horam ad perfecte deliberandum: ergo non potest in tempore ita deliberare perfecte circa illa duo: ergo si non obligetur non est perfecte mortalis: ergo non peccat omittendo. nec est dicendum

## De primis motibus

q̄ vnus illorum est peccatum & alter non: q̄ non videtur ma-  
ior ratio de vno q̄ de alio / cū quilibet si seorsum esset & omit-  
teret deliberare & reprimere in instanti terminante illam me-  
diam horam: esset mortale. & equaliter se habet omittendo  
circa illa duo: igitur videtur q̄ peccat duplici peccato / forni-  
cationis videlicet & homicidij. ¶ Ad primū dico q̄ per illud  
p̄ceptum non mentiaris iocose / non solum obligatur ad non  
mentiendum: sed etiam ad aliquod positium habendum p̄  
aliquo tempore. s. nolle mentiri p̄ tempore quo mouetur ad  
mentiendum / sicut aliquis obligatur aliquando circa prece-  
pta negatiua ad habendum actum positium / puta si moue-  
atur ad occidendum non solum tenetur nō velle occidere: s̄  
etiam habere nolle occidendi. Dico ergo q̄ primus motus  
secundo primus ad mentiendum iocose est veniale. Contra.  
deliberatio imperfecta mutat id quod de se est mortale in ve-  
niale (quia illa sunt de se mortalia: sed venialia ex parte ope-  
ris operantis) ergo a fortiori mutabit id quod est veniale in  
nō peccatum. quia certum est q̄ plus remanet de culpa quā  
do remittit a mortali in veniale q̄ a veniali in non culpam.  
Dico q̄ verum est sed non mutabit veniale in non peccatum  
nam mentiri iocose deliberate & moueri ad mendacium diffe-  
runt in ratione peccati etiam specie: ita q̄ apud non ponen-  
tes p̄portionem inter peccata differentia specie nulla est, p̄-  
portio grauitatis vnus ad alterum: quia sicut iam dictum  
est vnus habet solum malitiam omissionis scilicet negligē-  
tie reprimendi: sed alterum habet malitiam transgressio-  
nis / ideo ille due malitie differunt specie et sic impropor-  
tionabiliter exceditur vnus ab altero. ¶ Ad aliud vbi est ma-  
ior apparentia admitto totum casum / & dico q̄ peccat morta-  
liter vtroq̄ istorum duorum motuum in instanti terminante il-  
lam dimidiam horam / quia non est maior ratio q̄ peccet vno  
q̄ alio: ergo vtroq̄. Dico secundo q̄ illi duo motus simul iun-  
cti in instanti terminante illam dimidiam horam non faciūt  
maiozem grauitatem q̄ faceret vnus seorsum. nam si for-  
tes in illa dimidia hora deliberaret circa motum fornicatio-  
nis & reprimeret: nō peccaret mortaliter ratione motus ho-  
micidij. Similiter si deliberaret circa motum homicidij & re-  
primeret non peccaret mortaliter ratione motus fornicatio-  
nis: vterq̄ ergo indifferenter est peccatum: sed non est nisi  
vna grauitas: quia non omittit nisi vnica omissione cum te-  
neatur solum vnus reprimere. ¶ Videtur tamen q̄ licet  
perfecte deliberet de homicidio & reprimat illud peccare mor-  
taliter non reprimendo fornicationem postq̄ consensus in-  
terpretatiuus in mortale sufficit ad peccandum mortaliter  
& p̄pterea videtur dicendum q̄ tenetur reprimere vtrunq̄  
motum simul q̄tum potest in illa media / & licet nō reprimat

Additio

## De diuisione peccati.

So. cxviii

utrunq; totaliter non peccat: quia facit quod in se est. Sed tunc est questio quomodo peccat utranq; repressione omit- tendo / videtur q non peccet: quia non potest utranq; simul repimere omnino et ad hoc tenebatur. dico q eodem modo esset dicendum sicut dicit auctor q utroq; modo peccaret sed grauitate vnus peccati. [ Simile est argumetum sicut de illo qui videt duos in extrema necessitate et cuilibet seorsum subuenire potest: sed non ambobus simul negligat et omittat subuenire: queritur que omissio est peccati vel illa qua omit- tit subuenire isti puta platonem: vel illa qua omittit subuenire alteri puta sorti. non utraq;: quia non potest utranq; / et non est maior ratio de vna q de altera. Dico q e homicida utri- usq;: et utraq; omissio est peccatum: sed homicidium illorum duorum pauperum non est sorti grauius q vnum solum seor- sum. et sic ille due omissiones non faciunt maiorem grauita- tem q vnica. Similiter dicendum in pposito. [ Contra non est homicida alicuius illorum omissione quia non tenebatur utriq; subuenire. Dico q tenebatur utriq; subuenire sub dis- iunctione: et hoc sufficit. Contra non magis occidit platonem q si dedisset panem sorti sed si dedisset panem sorti non pec- casset / igitur. ]

Additio.

De diuisione peccati actualis in omissionem et com-  
missionem. Cap. xxv.



Sum est de diuisione peccati actualis in ve-  
niale et mortale. Consequenter ponitur alia di-  
uisio peccati actualis in peccatum omissionis et  
commissionis (originale non dicitur neq; omis-  
sio neq; commissio) et ista diuisio non datur solu  
de mortali: quia est aliqua commissio venialis et  
aliqua omissio venialis. Primum patet de mendacio iocose.  
Secundum patet / nam in isto pcepto de non mentiri non so-  
lum phibetur actus mendacii: sed etiam precipitur actus po-  
sitiuus contrarius per regulam generalem. omne pceptu  
negatiuum includit affirmatiuum: et sic aliquo tempore obli-  
gatur homo nolle mentiri iocose: quando scilicet habet inci-  
tatiuum vehemens ad mentiendum tenetur illud repri-  
mere sub pena peccati venialis. et si non repimat: tunc erit  
omissio venialis. Sunt hic aliquae difficultates. Prima: utru  
detur transgressio sine omissione. Similiter / an detur omis-  
sio sine transgressione et est apparentia de utroq; q non de-  
tur transgressio sine omissione: quia bene sequitur iste trans-  
greditur: ergo habet actu que tenet vitare et ultra hz actu  
qua tenet vitare et non vitat: ergo omittit vitare: et sic peccat  
aliquid est que actus positiuus que voluntas elicit et tenetur

Quid trans-  
gressio.

## De primis motibus

qd omissio.

pro tunc non elicere: quia scilicet prohibetur. vel sic. Transgressio est actus libere elicited contra preceptum negativum. Et omissio nichil aliud est q̄ carentia actus positivi quem pro tunc voluntas tenetur elicere: et sic omissio est contra preceptum affirmativum/ et transgressio contra negativum. S. Bonaven. in. ii. ponit differentiam inter omissionem et negligentiam. nam omissio est carentia actus principalis qui precipitur/ ut carentia dilectionis dei vel proximi etc. Negligentia vero est carentia alicuius circumstantie que pro tunc debet inesse actui principali: ut cum quis dicit horas: et habet inadvertentiam circa illa que dicit: vocatur negligentia. Istis suppositis consequenter ad Ocham in tertio / dico tria. primum: stat esse transgressionem sine omissione. Secundum/ stat esse omissionem sine transgressionem. Tertium/ stat q̄ illa duo sint simul puta circa eadem materiam. Patet primum. sortes non tenetur p̄ omni tempore amare proximum/ quia non tenetur pro semper/ sit p̄ hoc tempore presenti: tunc stat q̄ eliciat odium proximi/ quo posito inesse/ sortes in hoc tempore transgreditur/ quia elicit actum contra preceptum negativum: ad quem non eliciedum p̄ semper obligatur/ et ipse in hoc tempore non omittit. Patet: in hoc tempore nulla est carentia actus principalis quem tenetur p̄ hoc tempore elicere: quia maxime esset carentia amoris proximi. sed p̄ hoc tempore ad illum eliciedum non tenetur. Igitur nulla est omissio p̄ hoc tempore. Et cum arguitur bene sequitur sortes tunc transgreditur. ergo elicit actum quem pro nunc tenetur vitare. Respondetur q̄ dupliciter possumus vitare aliquem actum. Uno modo nos pure negative habendo: hoc est nullum actum eliciedo. Alio modo affirmative/ id est habendo actum contrarium tali actui/ sufficit in casu pure negative se habere. Unde non sequitur/ sortes p̄ hoc tempore tenent vitare hoc et non vitat: ergo peccat peccato omissionis quia quis omittat vitare: talis omissio vitandi non est omissio sed est transgressio capiendo vitare primo modo: quia omissio vitandi est elicitio illius actus. et per consequens transgressio. Breviter omittit vitare est omittit.

# Unde Sco. in fine quarti in ultima. q. ubi querit de proportione pene damni dicit q̄ quis cum elicit actum malum tenetur elicere actum bonum: sed hoc est difficile sustinere secundum eum: cum ipse ponat actus indifferentes et libertatem contradictionis. [ Probatur q̄ nunquam contingat peccare commissive quin peccet omissive: quia maxime esset in casu posito in probatione scilicet hoc non quia odiendo proximum p̄ tempore p̄ quo non tenetur diligere omittitur conformitas ad istud dictamen: non est odiendus proximus: sed p̄ quolibet instanti homo tenetur ad conformitatem illius dictaminis ergo tunc peccat omissive. Respondetur negando consequentiam saltem q̄ peccet omissive non

Additio.

a. dicitur malitia / quia illa omissio necessario sequitur ad com-  
 missionem & sic nulla talis habet nouam malitiam propterea  
 michi videtur propositio opposita vera & nunquam contingit pec-  
 care commissiue quin peccet etiam omissiue. ] Secundum, p-  
 batur / videlicet quod potest dari peccatum omissionis sine pec-  
 cato transgressionis. sit sortes qui nunquam prius transgressus est  
 mandatum / & nunc habeat iudicium verum practicum quod pro-  
 nunc sit hoc faciendum ab eo / certum est quod non necessitatur  
 ab illo iudicio ad eliciendum actum. ergo stat quod sortes nullum  
 actum eliciat circa illam materiam. quo facto peccat omis-  
 sione / quia pro tunc tenetur elicere. ergo est carentia actus prin-  
 cipalis pro tunc debiti: & tamen tunc non peccat peccato transgres-  
 sionis. ergo stat quod aliquo tempore sit omissio: & tamen pro tunc  
 nec ante nunquam fuit transgressio. ¶ Ex quo sequitur / quod est possibile  
 primum peccatum primi angeli & primi parentis fuisse pecca-  
 tum omissionis. cuius oppositum videtur dicere san. Bona-  
 uen. quia stat quod habuerunt iudicium verum practicum quod pro  
 aliquo tempore deus erat diligendus & tamen ante confirmationem  
 non eliciisset talem actum nullum oppositum eliciendo.  
 igitur. ¶ Tertium, dictum probatur / sit sortes qui pro hoc tempo-  
 re tenetur subuenire corporaliter platonem / est in sua potesta-  
 te nolle subuenire & odire. iam peccat peccato transgressio-  
 nis: quia elicit actum quem tenetur non elicere. similiter omit-  
 tit quia est in ipso carentia actus debiti pro tunc. ergo ista simul  
 stant. scilicet peccatum transgressionis & peccatum omissionis in eo-  
 dem. ¶ Difficultas / an omissio superaddat malitiam ad ip-  
 sam transgressionem cum ipsa naturaliter sequatur ad ipsam  
 transgressionem. dictum est ad hanc difficultatem in prima le-  
 ctione huius compilationis. Alia difficultas. quando quis omit-  
 tit: utrum detur semper primum instans in quo omittit / vel  
 certum tempus in quo omittit. ¶ Pro solutione dicitur quod du-  
 plex est genus actuum. Quidam sunt actus factibiles in instanti  
 ti: ut omnes actus interiores apud opinionem communio-  
 rem. Alii sunt actus non factibiles in instanti: ut sunt actus exte-  
 riores ut dicere horas. ire ad ecclesiam &c. hoc requirit unum  
 certum tempus. De primis aliqui sunt imperatiui actuum non  
 factibilium in instanti ut volitio que imperat dicere horas.  
 Quidam vero non sunt imperatiui alterius actus. sed sunt cir-  
 ca aliquod obiectum absolute nichil imperando: ut dilectio  
 dei / nam illa non habet alterum actum pro obiecto. De istis  
 actibus primi generis id est qui sunt factibiles in instanti / non  
 est difficultas quin macula pure omissionis contrahatur in in-  
 stanti. Difficultas ergo remanet de operationibus non factibi-  
 libus in instanti: sed in tempore ut est operatio dicendi horas /  
 & suppono gratia exempli quod requiratur dimidia hora ad dice-  
 dum illas / ita quod breuius tempus non sufficeret ad dicendum eo mo-

Genus actuum  
 est duplex.

## De primis motibus.

do quo tenet aliquis dicere: et illa dimidia hora sit. et omissio  
tat. an sortes peccauerit peccato omissionis in instanti inchoa-  
tuo / vel in instanti terminatio: vel in instanti inchoa-  
tuo / vel in instanti terminatio: vel in instanti inchoa-  
tuo / hoc est in illa dimidia hora / et in nullo instanti illius. Non  
videtur quod in instanti inchoatio: quia non tenetur pro illo in-  
stanti dicere. ergo omissio pro illo instanti non est peccatum. et  
similiter dicendum de alijs instantibus: ergo videtur quod pro  
tali dimidia hora peccet omissio. Dices / tenetur in instanti  
inchoatio habere velle dicendi formaliter imperatiuum et  
efficax: et tunc si habeat necessario necessitate consequentie  
incipiet dicere horas. Contra / si immediate post illud instans  
inchoatiuum incipiat dicere horas / illas dicet in tali dimidia  
hora: ergo non omisit in illo instanti inchoatio: nec potest  
omittere ut videtur / quia post illud instans potest inchoare  
et finire ante vltimum instans dimidie hore. Maior difficultas  
esset si daretur minimum tempus in quo non posset talis ope-  
ratio fieri puta in isto non potest / et in quolibet maiori posset: sit  
sortes ad imaginationem ante meridiem tenetur dicere ho-  
ras / et dimidia hora non sufficit quocumque tempore dato / ante  
instans inchoatiuum vltime dimidie hore non peccat pecca-  
to omissionis: quia post illud tempus potest inchoare et fini-  
re ante meridiem / quia post illud instans sequitur tempus ma-  
ius quam dimidia hora / et quodlibet tale sufficit. Dicit Altissio. quod  
primo omittit in instanti in quo est impossibilitas ad dicen-  
dum scilicet in instanti inchoatio secunde dimidie hore: in il-  
lo primo contrahit culpam: et primo verum est dicere quod est in  
peccato in instanti primo in quo primo est impossibilitas ut di-  
cat horas. ideo scriptum ad hoc secundum Altissio. si detur minimum  
tempus non sufficiens / ita quod quodlibet maius sufficiet: tunc est  
in culpa omissionis instanti inchoate illud minimum tempus. Sed  
ponat quod dimidia hora sufficit: et nullum minus tempus: querit  
quod est in culpa omissionis: dico quod quando talis operatio requirit  
certum tempus in instanti inchoatio talis temporis adhuc non omit-  
tit: sed semper post hoc omittet / quia pro quolibet parte temporis  
obligat ad vnam partem illius operationis. et sic omittet secundum  
quod negliget successiue / et aggrauatur suum peccatum successiue vs-  
que ad finem dimidie hore in qua totaliter terminat omissio.  
[Melius est dicere quod datur minimum tempus in quo potest dice-  
re horas: quia dando maximum quod non esset difficile respondere  
quante grauitatis esset omissio sortis si diceret de hore scriptum  
potest in ista dimidia hora. et videtur quod nihil omitteret quod sit vnum  
verbum istud successiue profertur: ergo requirit aliquid tempus ad  
istud proferendum et vltra: ergo alterum non fuit maximum tem-  
pus in quo non potuit dicere horas: quia in aliquo maiore non  
potuit. et propterea relinquenda est opinio Altissiodorensis.

De grauitate omissionis.

Ca. xxvj.

Additio.



De gratuita peccati omissionis. Fo. cxx.



Veritur penes quid attendit malitia omissionis: et videtur quod non potest dici nisi penes bonitatem actus cuius illa ommissio est privatio. ita quod ommissio melioris actus est peior quam minoris: quia est privatio melioris et ommissio minoris boni sit minus mala quam alia etc. ¶ Sed contra hoc est forte argumentum. Sequitur quod esset aliqua ommissio quae non esset alicuius determinate malitiae si ommissio causat suam malitiam proportionaliter ad bonitatem actus cuius est privatio. Patet consequentia: forte datum est preceptum quod diligeret deum super omnia nihilominus non est de aliquo certo gradu ei preceptum puta quod eliciat in tanto gradu: vel in certo gradu tam intense: puta ut quattuor aut quinque notum est quod dilectio dei super omnia est una qualitas habens partes non extensivas: sed intensivas et quilibet pars illius est dilectio dei super omnia et pars truncata remissa si esset sola in voluntate: per illam partem homo adimpleret preceptum. Tunc arguitur sic. sit plato cui preceptum est quod diligat dilectione intensa ut quattuor: et omittat: illa ommissio est peior: in duplo quam si esset preceptum ei solum quod diligere ut duo: quia est privatio melioris boni in duplo: et si esset preceptum diligere ut quattuor: ommissio illius esset in quadruplo maior quam si esset preceptum ut solum diligeret dilectione ut unum: quia privatio actus in quadruplo melioris: et est in octuplo peior quam si esset solum preceptum ut diligeret dilectione unius dimidii gradus intensa et sic consequenter in infinitum procedendo: ergo si penes hoc attendatur malitia omissionis illa ommissio in platone erit infinite malitiae: et in sorte in infinitum minoris malitiae: sed consequens est falsum. nec valet dicere quod contra dicitur quod illa ommissio est alicuius determinate malitiae: sed hoc non nobis constat: nec possumus signare: sed deus scit. quia hoc penitus nihil valet. Quasi ad hoc sit prima propositio. Non attenditur malitia omissionis culpabilis penes bonitatem actus ad quem obligant omittentes: ut sint sortes et plato omittentes: non oportet quod in eadem proportionem malitiarum omissionum omittant in qua proportione se habent bonitates actuum ad quos obligant. patet manifeste per argumentum supra factum. Et secundo probatur. quia est possibile quod ad nullum actum obliget determinate: et tantum omittat. [Contra hanc proportionem arguitur sic: iste due regule topice maior malum maiori bono opponitur: et privatio est tam mala quam bonus est habitus intelligunt de malo privatio in ordine ad bonum privatum: ergo in qua proportione se habent bona privata in tali proportione se habent mala privantia: et ultra ergo propositio prima falsa: forte dices quod utraque regula debet sic intelligi maius malum maiori obligatione ad bonum opponitur et si privatio est tam mala quantum est maior obligatio ad bonum privatum et ista credo utraque regulam intelligendam alias dicta extra non haberent apparentiam.]

Prima propositio.

Additio.

## De gravitate peccati omissione.

Secunda ppō. ¶ Secunda ppositio. gravitas peccati omissionis debet attendi penes latitudinem obligationis qua obligatur aliquis ad actum sicut dictum est/ omissio est cōtra preceptum affirmativum/ ultra dico datis duobus pceptis affirmativis/ vno obligamur maiori obligatione q̄ altero vt magis obligamur diligere deum q̄ proximum/ z nosipos q̄ proximum/ maiori obligatione obligamur ad vnū q̄ ad alterum/ nō in isto sensu q̄ magis obligemur deum diligere q̄ proximum maiori z intensiori dilectione/ sed magis obligamur. i. maiori latitudine obligationis ita q̄ in obligatione est imaginanda intensio z remissio z latitudo sicut in albedine. hoc supposito dico q̄ malitia omissionis est attendenda penes latitudinem obligationum quibus obligantur omittētes ad actus omissos: ita q̄ tales omissiones non sunt pportionande in malitia penes pportionem bonitatem ipsorum actuum omissorum/ sed penes pportionem obligationum quibus obligantur omittētes ad actus omissos. vt sortes dupliciter obligatur. s. diligere se/ z diligere proximum. omittat. Dico q̄ iste due omissiones nō sunt pparāde nec attendēde penes sui dilectionem/ z primi: sed solum penes obligationes quibus obligatur/ ita q̄ si obligatio vna sit in duplo maior q̄ alia: vel in pportione sesquialtera aliā q̄ alia: eadem pportione omissio illius ad quod magis obligatur est grauior alia. s. in pportione dupla/ vel sesquialtera. Ultra dico q̄ stat sortē teneri diligere deum vt q̄tuor/ z plures sub nullo gradu dilectionis: z tamē equaliter peccare omittēdo. Patet/ stat q̄ nō maiori latitudine obligationis obligatur vnū q̄ alterum/ quia in eius potestate est magis vel minus obligare. Si igitur obligationes sint equales: pariter z omissiones erunt equales. Est alia difficultas magis logicalis q̄ theologica. quando aliquis peccat nullum actum committēdo: p quo supponit peccatum in illo: hoc est pro quo supponit peccatum omissionis. Dicūt nominales q̄ p homine vel anima: quia dicunt terminum priuativum supponere p subiecto quod potest habere habitum priuatum: z sic cōceditur q̄ peccatum omissionis beatificabitur. Alij dicūt aliter q̄ nichil est: sed est pura priuatio: ita q̄ omissio p nullo supponit: sed est purum nichil. Et sic patet de diuisione peccati in peccatū omissionis: z omissionis z penes qd attendit gravitas omissionis nō penes bonitatem actus omissi vel actus ad quem quis est obligatus: sed est attendēda penes latitudinem obligationis/ qua quis obligatur. ideo stat aliquem maius bonum omittēre: et minus peccare: quia stat illum minus esse obligatum ad illud q̄ ad minus bonum. z sic stat actū omissionis esse meliorem z hominem minus obligatum: stat etiam omissiones actuum eque bonorum esse inequaliter malas: quia stat vnū plus obligari ad actum q̄ alterum: ergo omissio

magis erit peior q̄ alterius. & iste modus dicendi est multum  
 facilis. ¶ Consequenter circa hanc diuisionem querit̄ an pos  
 sit esse peccatum quamuis illud non sit omissio actus debiti /  
 nec actus positius phibitus: ita q̄ nec sit peccatum omissio  
 nis nec commissionis / & loquor de actuali peccato secluden  
 do originale. Apparet q̄ sic: sicut dictum est supra de merito  
 et conatu voluntatis. Nam conatus voluntatis distinguitur  
 ab ipso actu voluntatis: vt expresse tenet Diony. in secundo  
 quia actus voluntatis est a conatu & ex conatu / immo cona  
 tus est natura prior q̄ actus / et ipse actus natura posterior.  
 Tunc arguitur sic. Si actus distinguitur a conatu libero vo  
 luntatis et actus ipse sit natura posterior conatu. ergo con  
 tingit conatum esse et non esse actum seu contingit volunta  
 tem conari & actum non producere: quo facto si sit conatus  
 ad actum malum & sit liber erit peccatum: quamuis non se  
 quatur actus: & tamen non erit omissio actus debiti quia sup  
 pono q̄ p̄ tunc non teneat̄ ad aliquem actum nec erit actus  
 positius voluntatis: ergo contingit dare peccatum actua  
 le quod non erit omissio: nec transgressio. & hoc videtur habe  
 re e apparentiam: q̄uis non sit ita de facto. vel saltem raro vi  
 detur hoc possibile: scilicet voluntatem peccare nec eliciendo  
 actum nec omittendo. Nam contingit illam conari & non eli  
 cere actum: quia ipsa conante ad eliciendum actum stat deū  
 concursum suspendere ad productionem actus: quo facto  
 voluntas non minus peccabit vel saltem peccabit: quia si li  
 bere conatur ad actum malum peccat. ergo. Alia apparen  
 tia tenendo precipue q̄ voluntas patitur resistantiam in su  
 is actibus / & potest necessitari: tunc volo q̄ patiat̄ resisten  
 tiam non tamen tantam quantam habet actiuitatem / vt sit  
 actiuitatis p̄cise vt octo: & patiat̄ resistantiam vt tria: tunc  
 voluntas ex sua libertate potest conari ad actum eliciendū:  
 vt duo respectu cuius patitur resistantiam vt tria. nam tota  
 latitudo actiuitatis voluntatis est in potestate ipsiusmet vo  
 luntatis: ideo stat q̄ conetur vt duo p̄cise: quo facto volun  
 tas conabitur ad actum malum libere & patitur resistantiaz  
 respectu actus qui esset malus si eliceretur: & nō eliciet: quia  
 minus conatur quando patitur resistantiam. ergo non agit:  
 quia a p̄portione minoris inequalitatis non fit actio. Datur  
 analogia: sortes qui est actiuitatis vt octo ad eleuandum la  
 pidem qui est resistantie vt sex potest minus conari ad leuā  
 dum lapidem q̄ requiratur: puta potest conari p̄cise vt duo  
 vel tria & tunc non leuabit: ergo pariformiter si sortes patia  
 tur resistantiam ad elicitionem actus etiam interioris: nō tā  
 men tantam quin possit illas superare est i sua potestate tam  
 parum de actiuitate apponere q̄ illud non sufficiet: ideo non  
 eliciet actum. ergo stat q̄ peccabit non eliciendo actum: nec

### De grauitate pec. omissio.

Voluntas potest peccare nec omittere do nec pmittere do.

omittendo. et ista opinio potest defendi et aliquando defendat in schola / scilicet quod voluntas potest peccare nec omittere do nec pmittere do. Et apparentia est in oppositum. sequitur quod actus malus facit non plus haberet de malitia intrinseca quam actus imperatus. Patet consequentia: sicut actus exterior necessitate naturali sequitur ad actum interiore effiaciter imperatum illius / non habet malitiam nisi malitiam actus interioris: ita etiam ille actus interior elicitus necessitate naturali sequitur ad conatum voluntatis si non ponatur resistentia. ergo si est talis exterior non habet malitiam nisi malitiam actus imperantis interioris: ita ille actus interior non habebit malitiam nisi malitiam conatus voluntatis qui distinguitur realiter ab illo / et sic ista opinio fingeret nouum modum dicendi contra omnes doctores. videlicet quod malitia non est in actu interiori malo primo sed in conatu voluntatis libere producetis talem actum. Item dicendum esset de bonitate quod sicut operatio exterior naturaliter sequitur ad volitionem bonam effiaciter imperatiam talis operatio exterior nec habet bonitatem nisi bonitatem illius interioris volitionis imperantis / eodem modo talis operatio interior bona necessario necessitate naturali sequitur ad conatum voluntatis nisi ponatur obex: ergo sicut operatio exterior non habet propriam bonitatem / etiam talis interior non habebit nisi bonitatem ipsius conatus. et sic et hoc inferitur quod aliquid potest mereri sine actu et consequi remissionem peccatorum sine actu positivo de lege. Patet: sicut contingit conari ad actum malum et illum non elicere / talis conatus erit peccatus: quia conatus est liber ad malum: eodem modo contingit conari ad actum bonum / et illum non elicere: et sic conatus ad contritionem / tunc foret remissio peccatorum sine quocumque actu positivo / et hoc est maximum inconueniens quod potest inferri ex ista opinione: scilicet quod actus interior elicitus non haberet propriam bonitatem aut malitiam. et sic per talibus actibus interioribus bonis non esset merces immediate neque punitio pro malis: cuius oppositum sonant doctores. quod tam pena quam merces immediate redditur per operibus interioribus: et tales haberent concedere quod per solo voluntatis conatu quis immediate puniretur vel premiaretur: ergo si potest ista duo separari: scilicet conatus et actus: oportet necessario concedere consequenter quod ultra premium vel supplicium debitum conatus nichil penitus debetur actui interiori elicitu. Propterea apparet probabilius quod non potest esse conatus sine actu: nec est dabile peccatum actuale quin illud sit omissio vel commissio. Ad apparentiam partis opposite: operatio distinguitur a conatu: imo est natura posterior ipso: quod est ab ipso: ergo potest conatum esse sine operatione voluntatis: puta volitione vel nolitione. processu antecedente nego quam / et

hatur vnum simile / calor distinguit ab igne agere siue calefa-  
 ciente / & tñ non contingit igne calefacere sine calore. Simi-  
 lit tenendo motum distingui a mobili motus distinguit a gra-  
 ui descendente: ergo contingit graue descendere sine motu.  
 Consequentia non valet: eodẽ mō in pposito operatio iterior  
 distinguitur a conatu voluntatis ( quia conatus voluntatis  
 est voluntas agens) ergo contingit conatum esse in sensu cō-  
 pposito opatione non existente / consequentia non valet / im-  
 mo est implicatio in terminis q̄ sit conatus voluntatis sine  
 actu quem producit / quia dicitur conatus inq̄tum producit .  
 Quantum ad secundum / quando voluntas est actiuitatis vt  
 octo. & conat̄ p̄cise vt duo & habet resistantiã vt tria respectu  
 volitionis producende . Dico q̄ est implicatio q̄ fortes conat̄  
 producere actum interiozem vt duo solum stante. resistantia  
 illius vt tria / quia illa resistantia vt tria impossibilitat volun-  
 tatem ne conat̄ p̄cise vt duo: quia si conaretur p̄cise vt duo  
 conaret̄ libere ad malũ: vt nullum actum maluz eliceret.

¶ De pctō ex ignorãtia: passione: & certa malicia.

Capitulum vigesimumseptimum.



Onitur alia diuisio pctōruꝝ . Nam aliquod fit ex  
 ignorantia: aliud ex passione: aliud ex certa ma-  
 litia. Dicitur esse ex ignorantia quando perpe-  
 tratur posita ignorantia alicuius circumstantie  
 cuiusquidem ignorantie si haberetur sciẽtia vel  
 noticia opposita illud peccatum non perpetra-

Alia pctōruꝝ  
 diuisio .  
 Peccatum  
 ex ignorãtia

retur: vt fortes occidit patrem quem credit inimicum / habet  
 ignorantiam alicuius circumstantie. puta q̄ iste sit pater: & si  
 haberet scientiam oppositam tali ignorantie nullo modo p-  
 petraret illud homicidium. Peccatum vero ex passione est il-  
 lud quod perpetrat̄ propter incitatum vel inclinationẽ ali-  
 cuius passionis preuie & insurgentis quod alias .i. seclusa illa  
 passione nõ perpetraretur. passio aliquando totalit̄ diminuit  
 culpa et pena. Unde quando totaliter aufert vsum rationis  
 vt in furiosis & maniacis. [ Arguitur sic tantum impellit ha-  
 bitus ad psequendum quantum passio & eque naturaliter: er-  
 go si ppter passionem excusat̄ malitia peccati etiam ppter ha-  
 bitum debet excusari: & tamen actus ex habitu est peccatum  
 ex malitia: ergo peccatum ex malitia nõ est grauius peccato  
 ex passione. forte dices discriminẽ esse q̄ habitus acquirũt ex  
 sua culpa secus est de passione. Contra: stat passionem acqui-  
 ri ex culpa: ergo solutio nulla. ] Aliud est peccatum ex mali-  
 tia: & circa hoc q̄rit̄ p̄ nunc: an sit aliq̄ pctm̄ vel possit esse ex  
 certa malitia ad istum sensum q̄ peccans fereatur in actum  
 vel malam operationem sub ratione malitise & sub rōne pec-  
 cati ita q̄ vult hoc facere q̄ malum: et vult hoc facere q̄ pec-

Passio aliqui  
 diminuit a  
 culpa & pena  
 Additio.

Pctm̄ ex cer-  
 ta malitia.

De peccato ex igno. passi. &c.

catum. Climeton & multi alij dicunt qd aliquis potest peccare ex certa malitia ad istum sensum qd potest ferri in obiectum et velit illud facere sub ista ratione quia peccatum. & nisi hoc suadere multis rationibus / p̄cipua tamen est ista qd istud sit pctm̄ q̄uis non possit a me apprehendi sub rōne boni honesti / sed potest apprehendi sub ratione boni utilis & delectabilis. exemplum: possum apprehendere qd si peccauero rōne pcti ego p̄sequar quod est michi vtile & delectabile / ergo tūc potero taliter ferri in illud obiectum sub ratione peccati / puta volo facere quia peccatum est / notum est qd feror in portionem amaram sub ratiōe amari / quia talis amaritudo apprehenditur sub ratione boni utilis / quia propter sanitatem: ita qd non solum volo portionem sed portionem amaram: ergo similiter si formale peccati apprehendam sub ratione utilitatis / puta qd est medium ad aliquod vtile / poterit tunc voluntas ferri in illud obiectum sub ratione mali. ideo potest quis peccare ex certa malitia ad istum sensum qd vult peccare / qd peccatum est. Occham non faceret difficultatem vt patet ex fine secundi eius / concedit qd voluntas potest ferri in obiectum omnino apprehensum sub ratione mali. Et cum arguitur qd bonum est obiectum voluntatis vt communiter dicitur / dicit qd bonum capit transcendēter. Nichilominus isti doctores concedentes qd voluntas non potest ferri in aliquod obiectum nisi sub ratione boni: dicunt qd potest ferri in peccatum sub ratione peccati: quia pctm̄ inq̄tum peccatum potest apprehendi sub ratione utilis. ideo potest quis ferri in peccatum sub ratione pcti volendo illud: quia est peccatum / & iste est vnus modus peccandi ex certa malitia. Consequenter dicunt communiter doctores qd est vnus alius modus peccandi ex certa malitia quando peccatur non ex ignorantia nec ex impulsu alicuius passionis: immo p̄uenitur passio in peccando: sed solum ex quadam inclinatione aut naturali aut per consuetudinem acquisita: vt sit fortes habituatus ad furtum: non habet passionem ad hoc neq; ignorantiam qd hec res sit aliena nichilominus ex habitu capit illam rem. dicit sanctus Tho. qd hoc peccatum p̄prie est ex certa malitia / sed peccatum est ex maiori malitia: quando fertur in peccatum sub ratione peccati / & isto modo peccauerunt angeli: quia non habebat passiones impellentes ad peccandum neq; ignorantiam. Circa primum membrum peccati ex malicia certa: est difficultas tenendo qd sit possibile an si aliquis vellet peccare venialiter ex certa malicia an esset mortale / vt volēs mentiri iocose qd peccatum est. et apparet qd sic per aucto. Augu. nō est aliqd veniale quin efficiatur mortale si placeat. et docto. p̄cipue hoc exponunt si placeat sub ratione pcti (nam si placeret veniale ratione re creationis / vel alio modo non esset mortale

peccare ex  
certa malitia.

compositum tamen arguitur sic. mentiri iocose habet solum  
 malitiam venialem: ergo si quis habeat complacentiam in  
 illa malitia cum illa volitio non habeat malitiam nisi ex ob  
 iecto illud obiectum in tali mēdatio quod est formale super  
 quod fertur talis volitio est solum venialis: ergo videtur q̄  
 talis volitio sit solum peccatum veniale. Quantum ad hoc  
 dico q̄ utrunq; potest probabiliter teneri. Unde Serson ex  
 ponit auctoritatem Augusti dupliciter. nullum est veniale  
 supple ex parte operis operātis quin si placeat efficiat mor  
 tale. Secundo sic. nullum est veniale quin si placeat supple  
 sub ratione peccati efficiatur mortale. 2 tenet Roditon q̄ si  
 quis feratur in peccatum sub ratione peccati q̄ est mortale/  
 et quicumq; fertur in quodcunq; obiectum sub illa ratione/  
 quia transgressiunz legis dei / aut quia dei offensiuum (quod  
 idem est) omnis talis volitio est mortalis / et sic omne pecca  
 tum ex certa malitia secundum primam acceptionem esset  
 mortale. Ad argumentum prius factum volitio est precise  
 mala ex obiecto / sed obiectum super quod fertur habet so  
 lum malitiam venialem / vt velle mentiri iocose: quia venia  
 liter offensiuum dei: ergo talis volitio est solum mala venia  
 liter. Dico q̄ ex obiecto formali habet malitiam mortalem.  
 et licet illi obiecto formali insit solum malitia venialis: tamē  
 quicumq; fertur secundum illam rationez peccat mortaliter /  
 non q̄ ratio formalis sit i se mortalis / sed quia sub pena pec  
 cati mortalis est disproportionata actu venialis. vt si sorti sit  
 prohibitum ambulare sub pena peccati mortalis: tale obie  
 ctum continet malitiam mortalem solum ratione prohibi  
 tionis. Similiter dico / quicumq; fertur in obiectum sub ratio  
 ne offensiui dei siue venialis siue mortalis / peccat mortali  
 ter etiam ex obiecto. Alij dicunt etiam probabiliter q̄ solum  
 peccat venialiter sicut posset velle temporaliter carere bea  
 titudine solum peccat venialiter / posset similiter velle quod  
 est demeritorium talis pene solum venialiter. sed p̄m<sup>o</sup> mo  
 dus dicendi apparet michi probabilior / scilicet q̄ quicumq;  
 fertur in obiectum sub tali ratione quia dei offensiuum / pec  
 cat mortaliter. 2 sic patet quid sit peccare ex malitia / ex igno  
 rantia: vel passione. et quo modo dupliciter peccatur ex ma  
 litia: id est ex habitu sine impulsu passionis aut ignorantia  
 agendorum. Nam habitus vocatur malitia: et isto modo  
 peccare ex malitia contingit frequenter / et est peccatum in  
 spiritum sanctum de quo in sequenti capitulo.

**De peccato in spiritum sanctum et specie  
 bus eius.**

**Capitulum vigesimum octauum.**

q. iij.

Sespecies  
peccati in spm  
sanctum.

Peccatū in spm  
sanctū capit  
dupliciter,

### De peccato in spm sanctum.



Adendum est de alia diuisione peccati in spiritu  
sanctum: et cōmuniter a hoc. assignantur sex spe-  
cies: scilicet despectio / p̄sumptio / impugnatio ve-  
ritatis agnite / inuidencia fraterne gratie / impe-  
nitentia / et obstinatio. Queritur an sit peccatum  
in spiritum sanctum, quod nō sit in patrem et filium.  
arguitur quod nō. quia offenditur quelibet personarum tali pec-  
cato. Oppositum arguitur / ex scriptura / dicitur quod pecca-  
tum in patrē remittitur / et supponitur quod quelibet personarū  
in diuinis est spiritus sanctus stando in rigore terminorū: quia  
quelibet est spiritus . et nulla est corpora . igitur cum quelibet  
sit sanctissima : quelibet est spiritus sanctus. nihilominus at-  
tribuitur spiritus sanctus vni personarum scilicet tertie per  
attributionem. Supponitur secundo quod secundum diuersita-  
tē doc. etiam sanctorū ponitur triplex imaginatio de peccato  
in spiritum sanctum. Hiero. similiter et Chryso. illud peccatum  
in scriptura vocat in spiritum sanctum quod est blasphemia  
in ipsam diuinitatē. Pro cuius declaratione notandū quod Chri-  
stus aliqua exercuit secundum humanitatē / aliqua vero se-  
cundum diuinitatem. Secundum humanitatē comedit et bi-  
bit ambulauit / cōuersatus est cum peccatoribus / secundū ve-  
ro diuinitatē fecit miracula / sanauit leprosos / cecos illumina-  
uit / mortuos suscitauit etc. iudei autē blasphemauerunt secun-  
dum ea que operabatur secundum humanitatem quādo dice-  
bant eum voracem / et vini potatorem / et talis blasphemia  
vocatur peccatum in filium hominis. Aliquando vero com-  
miserunt blasphemiam secundum ea que operabatur Chri-  
stus secundum diuinitatem quādo dicebāt quod in principe de-  
moniorum eiciebat demonia / et illā blasphemiam vocant pec-  
catum in spiritum sanctum. et secundum istum modum loque-  
di de peccato in spiritum sanctum / spiritus sanctus accipitur vt  
cōuenit cuilibet personarum in diuinis. et illud peccatum dici-  
tur in spiritum sanctum quod est blasphemia secundum aliquid  
quod conuenit diuinitati quod est proprium soli diuinitati: nam eie-  
re demonia est proprium soli diuinitati. et sic loqui sunt illi do-  
cto. de peccato in spiritum sanctum. et isto modo capiēdo: ali-  
quod peccatum in spiritum sanctum potest cōmitti ex infirmitate  
aut ex ignorantia: et sic nō omne peccatum in spiritum sanctum  
est ex certa malitia. nam potuit stare quod aliqui rudes et simpli-  
ces blasphemauerunt in xpm scdm id quod erat proprium soli di-  
uinitati ex ignorantia. et sic nō omne est ex malitia. Aliter ca-  
piunt alii doctores. peccatum in spiritum sanctum. Sunt em̄ tres per-  
sone in diuinis quę sic se habent quod aliqua attribuunt vni et non  
alteri: et ediuerso vt patri fortitudo et potentia / filio sapiētia /  
spiritui sancto bonitas. et peccatū p̄missum p̄tra id quod patri attri-  
buitur dicitur in patrē p̄ attributionem: puta peccatū p̄missum



De peccato in spiritum sanctum. Fo. cxxiii

ex impotentia: et peccatum commissum ex ignorantia dicitur in futurum: et ex certa malicia in spiritum sanctum. et sic patet quod duplex peccatum committitur contra spiritum sanctum. primo modo blasphemando contra id quod est proprium soli diuinitati. et tunc spiritus sanctus capitur ut est commune tribus personis. Secundo modo quando committitur contra attributum spiritui sancto pura ex malicia. Alio modo accepit Augustinus solum per finali impenitentia: quod est contra remissionem peccatorum que attribuitur spiritui sancto sicut infusio gratie: nam diffusa est gratia in cordibus nostris per spiritum sanctum. ideo finalis impenitentia vocatur in spiritum sanctum secundum Augustinum isto modo capiendum peccatum perueniat usque ad mortem: ita quod peccatum in spiritum sanctum est solummodo circumstantia peccati in quo quis perseverat usque ad mortem inclusive: et apud istos ponentes sex species peccati in spiritum sanctum: ut est Thome Durandus. et fere omnes: peccatum per quod ex contemptu remouetur illud quod perducit ad desistendum a peccato et ad non peccandum: vel quod est ordinatum ad remissionem peccati vocatur in spiritum sanctum. Unde ex parte dei assignantur duo quia ex parte dei provocamur ad non peccandum et desistendum a peccato ex promissione bonorum per spem: et terrore penarum: que debent infligi per peccatis. ideo illud peccatum quod de directo auferit spem sicut est desperatio dicitur in spiritum sanctum: et illud quod auferit timorem sicut presumptio dicitur in spiritum sanctum. per illa duo. scilicet desperationem et presumptionem auferitur spes promissionum et timor penarum. Similiter ex parte nostri duo sunt que retrahunt a peccato. scilicet veritas agnita et gratia incitans et mouens ad non peccandum. impugnatio igitur veritatis agnite que auferit ipsam veritatem ipsum est ex se est peccatum in spiritum sanctum. sicut inuidia fraterne gratie. illa duo ordinantur de per se ut iuuent ad non peccandum. ideo opposita dicuntur in spiritum sanctum. Ex parte autem peccati duo sunt que possunt retrahere a peccato. primum vilitas peccati. secundum breuitas illius delectationis peccati. contra primum est impenitentia: et capitur impenitentia non solum priuatiue: sed etiam positue per uoluntate non penitendi: vel nolitione peccandi. contra secundum est obstinatio que firmat nos in peccato.

Ad penitentiam duo requiruntur. primum est detestatio peccati. contra illud est nolle penitere. Secundum est propositum non peccandi in futurum. contra illud est obstinatio. secundum docto. in glo. super Mattheum. penitentia ex duobus oritur: ex timore et spe. penitentia ut sit vera requirit cognitionem veritatis et gratiam. nam non est contritio sine gratia. Illa peccata que de directo: et per se auferunt illa sex que necessario requiruntur: vel tanquam cause: vel tanquam cognitionis: vel tanquam de essentia penitentie: vocantur in spiritum sanctum.

Ad penitentiam duo requiruntur.

## De punitione peccatorum.

etum. Ideo isto modo capiendo dicitur peccatum in spiritum sanctum per quod aufertur aliquid quod est necessarium ad penitentiam vel tanquam causa: vel tanquam concomitans: vel tanquam de essentia penitentiae. Et dicitur hoc peccatum quod fit ex certa malitia irremissibile: quia non habet in se causam excusantem sicut peccatum ex ignorantia vel passione commissum. unde angeli ex propria malitia peccauerunt sine ignorantia: aut impulsu: sed primi parentes ex tentatione. ideo peccatum eorum habuit aliquo modo causam excusantem. Dicitur ergo peccatum in spiritum sanctum irremissibile: quia non habet in se causam unde debeat remitti. Dicitur etiam alio modo irremissibile: quia communiter est ex habitu: et habituati difficulter penitent: qui vero peccant ex ignorantia superueniente cognitione: vel qui ex passione recedente penitent. sed qui ex propria electione absque impulsu passionis et ignorantia: recedente actu adhuc non penitent. dicitur ergo irremissibile: quia difficulter: et raro agitur penitentia de illo peccato ex certa malitia et electione commissio. Si capiatur peccatum in spiritum sicut capit Augustinus tunc finalis impenitentia dicitur simpliciter irremissibilis: quia non potest remitti de lege. breuiter dico duo. Primum: quodlibet peccatum in spiritum sanctum potest remitti et quodlibet peccatum potest esse peccatum in spiritum sanctum: quia de quodlibet ante post mortem potest agi penitentia. Dico secundo quod de lege posita implicat istud esse peccatum in spiritum sanctum et quod remittatur: quia bene sequitur: remittitur: ergo non erit finalis impenitentia: quia non potest remitti de lege sine penitentia. et dicitur irremissibile. quia non stat quod sit in spiritum sanctum et quod remittatur. Utrum nolle penitere de peccato veniali: et esse obstinatum in veniali sit peccatum in spiritum sanctum. Dico quod ista difficultas stat ad nomen. Si requiratur ad hoc quod sit peccatum in spiritum sanctum quod sit mortale: tunc illa non sunt peccata in spiritum sanctum: cum sint venialia.

## De punitione peccatorum.

Cap. xxix.

**D**istributio peccatorum diuisionibus finaliter restat videre de punitione peccatorum. et primo an deus semper puniat quaecumque peccata citra condignum: et an sit eadem proportio penarum qualis est proportio culparum. et iste sunt due principales difficultates in hac materia. primum ad primum est appropinquatio quod non: et arguitur primo sic. aliquando pena est peior quam culpa sit mala: ergo deus non punit citra condignum immo supra condignum: antecedens patet: pena damni quam habent paruuli est carentia beatitudinis debite inesse: sed illa

est peior q̄s carentia iusticie originalis debite inesse: quia bea-  
 titudo est melior q̄s iusticia originalis. ergo etiā carentia seu  
 priuatio beatitudinis est peior q̄s priuatio iusticie originalis.  
 consequentia tenet: quia vt in pluribus supposito debito pri-  
 uatio melioris habitus est peior q̄s priuatio habitus minus  
 boni: ergo videtur q̄ paruuli decedentes cum originali/ su-  
 pra condignum puniatur. Quātū ad secundam difficultatem  
 videlicet an sit eadem p̄portio penarum: et culparum. appa-  
 ret q̄ non/ et capio duos. s. sortes et platonem. sortes decedit  
 in duobus peccatis. s. in originali et mortali. s. simplici fornicatione:  
 et plato decedit p̄cise in vno mortali. s. simplici fornicatione  
 eque graui cum fornicatione sortis. isto casu sortes de-  
 cedit in pluribus peccatis q̄s plato: et vnum istorum peccatorum  
 est eque graue sicut peccatum platonis: et tamen sortes non  
 plus punitur q̄s plato. Patet/ sortes non plus punitur q̄s pla-  
 to pena damni immo equaliter: neq̄ plus punit q̄s plato pe-  
 na sensus (que pena sensus solum mortali correspondet) er-  
 go simpliciter sortes non plus punitur q̄s puniatur plato. er-  
 go non oportet q̄ secundum proportionem peccatorum in qui-  
 bus decedunt aliqui duo sit proportio penarum quibus pu-  
 niuntur. ¶ Pro solutione istarum difficultatum notandum  
 q̄ in peccato actuali tria sunt consideranda. Primum est ip-  
 sum peccatum quo actualiter peccatur siue ille actus pecca-  
 ti. secundum est indignitas ad beatitudinem: et dignitas ad  
 penam aliquā seu obligatio seu reatus quod idem est/ qui  
 reatus consequitur ipsum peccatum: et remanet in peccato  
 re transeunte actu peccati. Tertium est ipsa pena q̄ postea  
 infligitur ratione peccati p̄cedentis etiam posterior ad mi-  
 nus natura ipso reatu. et inter ista est ordo talis q̄ p̄mum est  
 peius q̄s secundum videlicet actus peccati vel peccatum siue  
 omissio siue commissio est peius q̄s indignitas ad vitam eter-  
 nam et q̄s dignitas ad penam siue sensus siue damni qua effi-  
 citur dignus. et illud secundum est pena p̄mum: immo p̄mum  
 est etiam pena sui p̄suis. patet/ quia p̄mum. scilicet pecca-  
 tum habet quandam malitiam in se seclusa etiam malitia  
 reatus/ ita q̄ si ex illo actuali peccato (quod est possibile)  
 non sequeretur talis reatus: adhuc illud p̄mum esset ma-  
 lum in se/ et fugibile. et secundum. s. reatus ad eternam penā:  
 vel indignitas gl̄ie future sequitur et oritur p̄cise ex malitia  
 actus. ergo illud p̄mum. s. malitia actualis peccati est fugi-  
 bilius q̄s secundum. i. reatus ad penam eternam. quē admo-  
 dum noticia p̄missarum est perfectior: q̄s noticia conclusiois.  
 ita illud p̄mum ad quod sequitur aliud: est peius et fugibili-  
 us q̄s secundum. Ultra est notandum q̄ illud secundum est pe-  
 na. Unde duplex est pena. s. pena dāni et pena sensus i actua-  
 li peccato. p̄terea duplex est pena. s. contracta: et inflictā. pe-

In peccato  
 actuali tria  
 sunt cōside-  
 randa.

pena est du-  
 plex.

## De punitione peccatorum.

**P**ena inflicta / est illa quã deus infligit / vel per se vel mediãtibus demonibus & causis secundis. vt pena sensus quã patitur damnati. Sed pena contracta seu derelicta seu permissa (quod idem est) est illud quod sequitur propter ablationem auxiliij dei specialis seu propter derelictionem: vel permissionem a deo factam. Nam ratione peccati precedentis deus aufert suum auxiliũ speciale a creatura / & permittit illam agere quicquid vult contra rectam rationem / & illud peccatũ perpetratum ratione ablationis auxiliij specialis vel derelictionis: seu illud bonum quod non agit quod alias ageret vocatur pena contracta seu derelicta seu permissa / vt fortes cadens in mortale: habet penam inflictam: & cum hoc deus esse derelinquit non ipsum adiuvando: & permittit eum exire in malas operationes: puta in odium sui / in murmurationem contra deum: in estimationem & iniuste punitur: & nihil boni agit / omisso illorum bonorum est sibi mala et actus sunt pene contracte & non inflicte a deo. Cum ergo queritur: vtrũ aliquis puniatur semper citra condignum. Dico primo: q̄ pena inflicta semper punitur quis citra condignum immo nõ posset deus de sua potentia punire peccatum ad condignum pena inflicta. patet: deus non potest facere q̄ pena inflicta sit peccatum & malum: culpe: sed solum malum penale. sed sic est q̄ quocunq; malo pene inflicte quocunq; malum culpe est infinitum peius & fugibilius. ergo deus non potest facere q̄ pena inflicta puniatur ad condignum immo infinitum minus citra condignum. nam implicat contradictionem q̄ sit pena inflicta & sit peccatum: immo de necessitate: si est inflicta est tantum pena: sed implicat contradictionem q̄ inter duo sit equalitas: & q̄ vnum sit culpa & aliud pena. immo quicunq; gradus culpe est in infinitum peior q̄ in finita pena / sicut quilibet gradus albedinis est in infinitum perfectior infinita nigredine: sed inter actum peccati & illud quod est solum penale nulla est proportio: immo vnum excedit aliud improporcionabiliter. ideo non potest fieri q̄ inter illa sit equalitas. igit. Sed difficultas est vtrum sit aliqua pena permissa: derelicta vel contracta: aliquando ita fugibilis sicut peccatum cuius est pena. dico q̄ sic: & deus non est auctor talis pene: sed ille qui peccat. ideo non est inconueniens peccatorem propter demeritum minoris peccati cadere in maius peccatum: & per consequens non est inconueniens q̄ pena contracta excedat illud peccatum cuius est pena. immo Dionys. in fine quarti dicit: q̄ damnati grauius peccant in inferno q̄ fecerunt in via / nec est inconueniens q̄ tum ad penam contractam q̄ illa sit peior q̄ culpa. cum ergo queritur an puniatur citra condignum / dico q̄ sic pena inflicta: sed pena contracta aut permissa non est inconueniens q̄ puniatur ad condignum immo supra

**Q**uõo intelligitur punitio contra condignum.

condignum. ita q̄ aliqua pena eius sit fugibilior q̄ fuerit peccatum p̄cedens. sed pena inflictā semper est minor q̄ fuerit culpa. Nam quicquid non est culpa q̄tūcūq; fuerit penale: est in infinitum minus q̄ quecūq; culpa quātūcūq; parua. hoc est si tota latitudo pene poneretur ex vna parte: & tota latitudo culpe ex altera: tunc dico q̄ minimus gradus culpe in infinitum excedit totam latitudinem pene & est in infinitum fugibilior q̄ tota latitudo pene inflicte: ideo non potest culpa q̄tūm ad penam inflictam ad condignum puniri. & sic necessario semper punitur citra condignum. Sed contra hoc arguit sic/ sit sortes q̄ peccato aliquo peccauit/ p̄ tali peccato duplici pena punitur. s. pena damni: & pena sensus. Nam pena damni qua punitur: est carentia beatitudinis. & illa est sorti peior q̄ sua culpa ergo punitur p̄ sua culpa supra condignum. cōsequentia est certa. patet antecedens: aliquis actus in hac via elicitus est eque bonus in suo genere sicut ipsa culpa est mala in suo genere. quia potest elici actus contrarius cum tanto conatu sicut elicitur culpa. sed sic est q̄ beatitudo quocūq; actu bono in hac vita elicitus est melior: ergo eius carentia erit peior q̄ sit iste actus malus in hac vita elicitus: v̄ sic/ stat actum esse ita bonum in genere bonitatis sicut culpa est mala in genere malitiae. sed beatitudo est melior elicienti actum q̄ sit ei actus bonus. ergo etiam carentia illius beatitudinis erit peior isti q̄ sit sua culpa quā committit in hac vita. Exēplum. si sortes qui p̄ hanc hora tenetur diligere platonem/ ipse non diligit. beatitudo quā haberet p̄ actu dilectionis esset ei melior q̄ actus dilectionis quo dilexisset platonem: ergo carentia dilectionis platonis que est ei culpa est minor q̄ carentia visionis dei que est beatitudo: & per consequens punitur supra condignum. Pro solutione iam dictū est. & dico iterum q̄ nūq̄ aliqua pena sensus est ita fugibilis sicut quecūq; culpa quātūcūq; parua. Secundo dico q̄ nūq̄ pena damni que non est culpa/ est eque mala sicut culpa. Unde stat aliquam priuationem esse culpam in damnato: sed nūq̄ pura pena est ita fugibilis quātūcūq; magna sicut minima culpa. Et ad argumentum/ sortes p̄ carentia dilectionis platonis punietur carentia visionis diuine que erit sibi peior q̄ culpa: nego quia carentia beatitudinis nūq̄ est culpa. & ad probationem: beatitudo foret sorti melior q̄ dilectio platonis. ergo carentia beatitudinis est sorti peior q̄ carentia dilectionis platonis: concedo antecedens. & distinguo consequens: vel si ille due carentie considerentur solum per modū carentie: & isto mō nulla illa est culpa: s; solū pena s; si vna istarū cōsideret̄ in ratiōe culpe in q̄tū est carētia debiti inesse: dico q̄ illa ē peior q̄ ē carētia min⁹ boni. s. carētia dile

Regula.

Pena sensus  
maxia non  
est ita fugi-  
bilis sicut  
minima cul-  
pa.

## De punitione peccatorum.

ctionis platonis in sorte in casu posito: et licet sit carentia maioris boni respectu carentie beatitudinis: sed quia illa carentia alicuius debiti ad quod debitum ille qui caret obligatur sub pena peccati. et carentia beatitudinis non est huiusmodi carentia secundum quod consideratur sub ratione debiti. ideo alia carentia que est sub ratione debiti est culpa: et per consequens peior: sed in quantum carentia est minus mala: quia minoris boni est carentia quam carentia beatitudinis: et in quantum culpa punitur. et per consequens habetur semper quod pena inflictata est minor: neque tantum fugibilis sicut culpa. Quantum ad aliud utrum videlicet deus semper seruet eandem proportionem penarum quanta est culpa. Difficultas huius quesiti est de pena damni. utrum vnus plus puniatur pena damni quam alter. hoc concessio penes quid attenditur, maioritas pene damni in vno: et in altero. vel penes maiorem gloriam ad quam erant ordinati vel penes culpam. Est apparentia quod sit maior pena damni in vno quam in altero. nam paruuli non tantum puniuntur pena damni: sicut adulti: ergo est maior in vno quam in altero. Patet antecedens: precipua pars damnationis: et precipua pena est pena damni: et pena damni est fugibilior quam pena sensus. ergo illi qui damnentur ex culpis propriis plus puniuntur pena damni quam decedentes paruuli in solo originali. Quantum ad hoc dico quod vna pena damni est peior in vno quam in alio. Secundo dico quod peioritas illius pene damni non est attendenda penes premium quo alias fuit aliquis dignus qui puniatur. Primum probatum est de paruulis. Secundum patet: quia priuatio beatitudinis in illo qui fuit dignus maiori premium non est peior quam in illo qui fuit dignus minori. patet. gentiles et paruuli nunquam fuerunt digni beatitudine ergo malitia pene damni non est attendenda penes bonitatem premium quo alias fuerunt digni. Exemplum: sit sortes qui fuit in gratia maiori in duplo quam plato: nichilominus cadit a gratia et dignitate premium per simplicem fornicationem. et plato per adulterium non est dicendum quod sortes puniatur plus pena damni quam plato: quia alias plus puniretur pro minori culpa quam alius pro maiori. et tamen argumentum concluderet hoc efficaciter: si illa pena damni esset attendenda penes maius premium quo alias fuit dignus qui puniatur. Dico tertio cum Diony. quod malitia illius pene est attendenda penes causam ratione cuius est inflictata illa pena vel carentia: hoc est dictum: si alicui infligatur propter maiorem culpam infligetur ei maior: et est ei peior quam illi cui infligitur pro minori culpa. pena enim dicit ordinationem ad culpam. Nam priuatio beatitudinis non est mihi pena: quia non priuor propter culpam. Similiter: si deus creasset hominem in puris naturalibus: et non conferret illi suam beatitudinem seu visionem claram: non esset illi pena talis priuatio. quia pena

An vnus plus  
puniatur pena  
damni quam alter.

Pena respi

dicat respectum ad culpam ita quod privatio non est pena nisi pro  
 pter culpam precedentem. et inde in paruulis illa privatio beati-  
 tudinis est pena ipsis propter culpam precedentem. Unde  
 quando illa est propter maiorem culpam est maior pena: et si  
 propter maiorem culpam in duplo erit peior in duplo ut sor-  
 tes decedit in peccato duplo ad peccatum platonis. tunc pri-  
 uatio beatitudinis est sortis in duplo peior quam platonis. Resolu-  
 torie habetur quod pena damni dicitur maior vel minor vel equa-  
 lis ex causa propter quam infligitur: et non ex debito ad maio-  
 rem vel minorem gloriam. [Eodem modo dicendum est de  
 peccato omissionis quod mensuratur penes causam ex qua ori-  
 tur. scilicet obligationem/ sed questio tunc unde oritur ma-  
 ioritas culpe/ dicitur quod ex multis/ ex obiecto/ ex intensio-  
 ne/ ex circumstantiis/ sed questio est de odio dei et partibus eius.]  
 Et ista pauca sufficiant circa materias pertractas in genera-  
 li tam virtutum quam vitiorum.

cit culpam.

Additio.

[Moralium acutissimi doctoris theologi Magistri Jacobi  
 Almain finis. cum additionibus eiusdem/ et David crauston  
 non antehac impressis neque in alijs appositis.]

# ¶ Questio in vespertis habita.



**Q**uestio in vespertis habita. Est ingeniosa et questionis decisionem magistrorum nostrorum expectantiam nec non ornatam prestantissimi magistri nostri terminorum interpretis expositionem michi incumbit ad questionem propositam per viribus respondere. Presuppositis igitur prestantionibus per me alias factis pono tres conclusiones. ¶ Prima.

**D**ominium naturale homini conveniens ex dono dei simpliciter est inabdicabile quantum ad cunctam sicut quantum ad certam speciem cibis potus in omni eventum cui post peccatum conveniens fuit superaddere dominium civile proprietatis sicut iurisdictionis quo fungentes executionem gladii materialis habent a quo ecclesiastici iure divino minime eximuntur. ¶ Prima huius conclusionis pars est quod dominium naturale hominibus appetit ex dono dei. Pro cuius probatione supponitur quod dominium naturale est facultas seu potestas propinqua assumendi res inferiores ad sui sustentationem secundum dictam legem naturalis. Lege enim naturali quilibet tenetur se conservare in esse. Ex qua obligatione in quolibet outur potestas res inferiores sumendi in usum ad sui conservationem: quod potestas dominium naturale vocatur / cuius titulus est necessitas. de quo dominio dicitur. In necessitate omnia sunt communia. Istud dominium quoscumque dominos simul compatitur. Ad istud dominium apud quosdam pertinet potestas alterum invadente occidendi servato moderamine inculpate tutele. huic dominio nullum ius humanum derogare potest / cum iuri inferiori non abroget ius superioris. Ex istis sequuntur aliqua correlaria. primum est. Non obstante quacumque appropriatione facta sorti per ius positivum si illa res sit necessaria ad conservationem sortis sicut et platonis / et plato eam prius occupaverit: licite potest ea uti / quia seclusa appropriatione facta sorti per ius positivum plato ad hoc fuisset obligatus iure nature. nec est improbabile quod dicit armachanus quod fuisset obligatus dare dimidium sorti cuius sequeretur utriusque mors. Sed ius positivum per quod facta est appropriatio sorti iuri naturali non derogat: igitur. Et huius sententie est petrus de palude dist. xv. quarti ubi dicit melior est conditio possidentis / opposite. Secundo in distin. eadem. Secundum correlarium contra armachanum. Istud dominium non fundatur in charitate. Absurdum enim foret dicere quolibet ut esset cibo et potu in sublevatione sue necessitatis novum incurrere crimen. alia tanta requireretur probatione ad sumendum potum aut cibum corpalem sicut ad sumendum



Questio in vespertis habita. Fo. cxxviii

corpus venerabile xpi. Tertium correlarium. Non potest aliquis per  
sententiam cuiuscumque iudicis ob quascumque culpam hoc domino parari  
itaque subministrato cibo et potu non foret licitum ad sui preserua-  
tionem. Secundum correlarium est de mente. s. thome secunda secunde questio.  
69. arti. ultimo in solutione secundi argumenti: ubi sic dicit. Nullus  
ita deditur quod inferret sibi mortem. sed quod ipse patiat: et ideo non tenet  
facere illud vnde mors sequatur. et statim subiugit. sic etiam si alius sit con-  
deditur ut fame pereat non peccat si cibum sibi occulte submini-  
stratum sumat: quia non sumere est seipsum occidere. Quartum corre-  
larium. In iure naturale facit huiusmodi superfluum respectu nature: licet  
non respectu status non conicans alteri quem cognoscit pati indi-  
gentiam respectu nature. Istud correlarium videtur esse contra sanctum  
Thomam secunda secunde questione. 32. articulo. 6. Sicut in quarto sententiarum  
distinctio. 15. et ratio correlarium est quia status quilibet est de iure  
pure positivo quod iuri nature derogare non potest. huius sententie  
est durandus in quarto distinctio. 15. Istis premissis probatur ista prima  
pars per illud quod scribit. Gene. primo. Ecce dedi vobis omnem her-  
bam afferentem semen super terram et universa ligna que habent in se  
metipsis seminem generis sui: ut sint vobis in escam. Ex quo sequitur  
correlarie quod deus hominem hoc domino parare potest. Quicquid enim datur  
deus ad extra mereptingenter datur: etiam si preceperit per interio-  
rem revelationem. Sampsoni ut euulsis columnis faceret donum  
ruere quis ad hoc sequeret mors eius. eadem ratione precipere potest  
ne comedat et bibat quis sequatur mors. Secundo sequitur probabili-  
tas opinionis durandi in tractatu de legibus quod existetibus duo-  
bus meliori et minus bono quibus precesse quod sufficit ad al-  
terius sustentationem de minus bono meliori cedere quis illud in-  
dustria minus boni sit acquisitum quia magis bonus habet magis de  
bonitate veri domini supremi cum eum deus magis diligat etiam cum  
ista inferiora sint facta propter hominem tanquam minus perfecta pro-  
pter magis perfectum erunt magis facta propter magis perfectum  
hominem quam propter minus perfectum. Et sequenter deducitur pro-  
babilitas opinionis sancti Thomae quod alius potest sibi subtrahere  
simpliciter necessarium ad sui conservationem ut det magne  
persone a qua dependet respublica civilis aut ecclesiastica.  
Secunda pars quod est simpliciter inabdicabile et similiter certum  
ad certam speciem in omni euentu non licet homini seipsum interfice-  
re nec positive omittendo scilicet id quod est necessarium ad sui  
preservationem. sed si abdicaret in omni euentu hoc dominum certum  
ad certam speciem seipsum interficeret interpretatiue in aliquo ca-  
su. s. si necessario indigeat cibo et nihil sit illi precesse propter illud co-  
mestibile. huiusmodi opinionis est dominus armachanus in suo. 2. libro  
de paupertate christi cap. 23. Ex quo sequitur carthusiense posse co-  
medere carnes si nihil sit aliud precesse ageat cibo et hoc deducit  
panoz. in ca. Si homo de iure iurando. noli tamen negare si imineret  
scandalum debere potius mortem sufferre iuxta illud pauli. Si

### Questio in vesperis habita.

scandalis auero irarē meū nō comedā carnes in eternū. **S**ecū-  
dūm correlariū est. Cōtra legē nature faciūt q̄ intantū a-  
cant abstinentie q̄ eorum vitam notabiliter abbreviāt.  
¶ Tertia pars conclusionis est q̄ pueniēs fuit tā dīcūz ciuile  
pprietatis q̄ iurisdictionis super addi. Pro cuius pbatiōe que  
libet cōmunitas aliquoz adinuicem conuersantū est velut  
